ΚΑΘΟΛΟΥ

OMNIVM PRAE-
SIDIORVM MEDICORVM
Vniuerſalium & Topicorum Diſ-
quiſitio, qua quorundam Practico-
rum in adminiſtratione & uſu eo-
rundem, errores deteguntur,
legitima utendi ratio
docetur:

AD SANCTISSIMAE TRINITATIS laudem & gloriam, artis Medicæ illuſtrationem, ægrotorúmque omnium releuationem,

Concinnata ab
ABRAHAMO SCHOPFFIO,
Aulæ Vuirttembergicæ
Medico.

Ratione & Experientia.

BASILEAE, PER HIERONYMVM
GEMVSAEVM. M. D. XCV.

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

ILLVSTRISSIMO ET CLEMENTISSIMO Principi ac Domino, Domino Friderico, Duci Wirttembergico & Teccenſi, &c. Comiti Mompelgartenſi, &c. Domino ſuo Clementiſſimo.

ILLVSTRISſime ac Clemẽtiſsime Princeps, quotidiana rerũ experientia, proh dolor; ſatis luculenter docet, multos hinc inde nobiles pariter & ignobiles, imò etiã Magnates, viros Illuſtres, Principes, qui magnam pro redimen-

da ſanitate auri uim promptè numeraret, ſæpenumerò ceu deploratos ac deſperatos, non artis Medicæ, utpote quæ per ſe perfecta eſt, ſed artificum culpa deſeri. Quod ſanè ut quemuis arti huic inclytæ deditum ad diligentiorem omnium remediorum inquiſitionem & adminiſtrationem excitare meritò debet, ita me quoq; ad accuratam eorundem conſiderationem hoc libello propoſitã adduxit. Quæ ingenij mei exercitatio licet perfecta atq; elaborata ſic ſit neutiquam, ut Celſit. V. ſplendorem atq; authoritatem mereri poſſit: quia tamẽ ad ſalutem & incolumi-

*olumitatem omnium ægrotã-
ium directa eſt, C.V. conſecrare
ndem uiſum eſt: Illuſt. V.C. hu
ilimè rogans, eã ut fronte ſere-
u ſuſcipiat, ſibiq́ unà me cle-
enter commendatum habeat.
eus Benigniſsimus V.C. cum
uſtriſsima coniuge & prole,
fœlicem patriæ gubernatio-
n quàm diutiſsimè incolu-
nem conſeruet. Dat. Göp-
pingæ, 7. Septembr.
Anno 1594.*

V. Celſ.

Subiectiſs.

ABRAHAMVS
Schopffius D.

PRAEFATIO AVTHORIS DE RATIONE INSTI-
tuti, intentione & ordine huius Operis.

OLIM Curtius adoleſcēs for-
tiſsimus , ſpe ſalutis toti
Reipublicæ Romanæ in hi
tum à tempeſtate in urbe
lictum ſeſe præcipitaturus
margine hiatus titubans
tit, inquiens: Timidus, ſed ultrò morti
cedo : nam certè ſalus patriæ dulcior m
eſt, & iugi uiuere fama, quàm Roma p
habita turpiter & cum dedecore uita
malo . Ita ſanè ego hoc opus aggreſſu
inuidorũ ac maleuolorum obtrectati
conſiderans, hinc inde dubius & ſuſpe
uacillando, tandem in hanc ſententiam
ſcendi, hæcq; in uerba prorupi: Sciēs a
lens aliorum calumnijs iam famam &
ſtimationem meam exponam : nam i
dius mihi eſt aliquid in communem
tantium utilitatem in lucem proferre
hoc ipſo ſcripto proponendo, tamē al
liciora & uberiora ingenia excitãdo),
quicquam ob aliorum inuidiam re
re. Cũ itaq; undiquaq; aures noſtras

t

tantium uociferationes & querelæ de mu-
tila, imperfecta atq; infelici quorundã Pra-
cticorum curatione circumſonent, artis'ne
imperfectioni, an uerò artificis ignorantiæ
& negligentię id aſſcribendum, mecum diu
multumq́; deliberaui : artem ad ſummum
perfectionis gradum cultiſsimorum inge-
niorum beneficio euectam deprehendi: in-
dagatione accurata, meditatione ſedula &
obſeruatione exquiſita noxiam plurimorũ
artificum negligentiam in adminiſtratione
præſidiorum medicorum uidi: hinc ad ſcri-
bendum ardentiſsimo deſiderio accenſus,
ubi pauca quædam de Methodo medendi
prælibauero, quid propoſiti mei ſit ingenuè
proferam. Circa hanc multi deſudarunt,
pauci ſcopum attigerunt, atq; ex imperfecta
Galenicæ doctrinæ cognitione tum Metho
dos medicinæ inter ſeſe commiſcuêre, tum
huius Methodi inſtrumenta imperfectè tra-
didêre. Ad hanc namq; Methodum corra-
ſerunt officia, conſiderationes, conditiones
Medici, materias medicas, inſtrumenta ua-
ria: cum tamen materiæ medicæ earumq́;
ratio componẽdi ad Methodum ſimpliciũ,
& Methodum componendi medicamenta;
officia, conſiderationes, conditiones ad in-
dicationem reducantur, præcipuum huius
Methodi inſtrumentum, cui duo minus ne-

ceſſaria quoque ſubſeruiunt, Analogiſmus uidelicet & Experientia: ubi rurſum quartum, uidelicet Rationem annumerant, reuera ab indicatione nihil diſcrepantem. Indicationum porrò plures differentias conſtituerunt: uidelicet, An ſit agendum, quod tamen ex ſimiotica methodo petendum: Tutò, Iucundè, quę ad quid conſeruatiuum uitalis facultatis: Citò ad tempus agendi referuntur. Ex apparentibus item quibuſdam Galeni locis tempus, aërem, ſexum, regionē & alia Indicationes curatiuas præbere ſibi perſuaſerunt: cum tamen, quoties illorum ut indicantium mentionem facit Galenus, indicans nullo modo pro curatorio, pręſeruatorio, uel conſeruatorio intellexerit, ſed in genere omne id quo comprehenditur iuuans denotauerit. Sic tempus, quoniam ſignum eſt indicantis, eo mediante indicare dici poſſet, ut & reliqua. Propterea maxima meritò habenda eſt gratia doctiſsimis quibuſdam noſtri temporis Medicis, qui ex his & ſimilibus errorum illecebris, quaſi ex tenebris antiquam Galeni methodum reuocarunt, pulcherrimaq́; ἀναλύσει naturam atq; eſſentiam eius definitione ex cauſis, materia uidelicet ex qua, inſtrumentis, indicatione, analogiſmo, experientia, & reliquis cauſis conſtituta explicarunt, ex ijſdem conſequenter

quenter differentias deduxerunt, & hæc nõ ſolùm ita generaliter & *καθόλυ*, uerùm etiam ſingula inſtrumenta ſpeciatim dilatarunt, omnium autem diligentiſsimè, ut maximè neceſſariam, doctrinam indicationum: rationibusq; firmiſsimis demonſtrarũt, quomodo omnis indicatio in tota arte Medica ſumatur curatiua, præſeruatiua, conſeruatiua, à morbo, eius cauſa coniuncta, cauſa antecedente interna, temperamento, compoſitione, unitate, & ſpiritibus. Licet autẽ accurati admodum in hiſce omnibus extruẽtis fuerint, quædam tamen obſcuritatẽ potius & confuſionem, quàm utilitatem aliquam inferre uidentur: quę ſi prius, ne quid Methodi perfectioni deſit, declarauerimus, tum ſtatim ad pręſidiorum Medicorum tractationem deueniemus. Præſidia autẽ Medica examinaturi, pulchra quidem *ἀναλύσει* inuenta & conſtituta deprehendimus à Galeno alijsq; celeberrimis Medicis Methodo medendi: eâdem tamen hanc eorundem cenſurã perſequi inconueniens admodum uiſum eſt, uel ob id quia materiæ præſidiorum, de quibus ſimul etiam, ubi ſe occaſio obtulerit, acturi ſumus, nõ ita ſunt *αὐ-τλικρημένα*, ſed quædam curatiuæ & conſeruatiuæ ſimul ſunt, quædam curatiuæ & præſeruatiuæ, quædam item in omnibus

morbis neceſſariæ, quædam pluribus indifferenter accõmodatæ, quædam certis morborum, cauſarum & facultatum generibus diſtributæ. Propterea omnes materias ab alijs inuẽtas (ſiue iam materialiter, ſiue formaliter ſumantur) & διεξοδικῶς paſsim à Galeno alijsq́; tractatas, ἐπιλογιστικῆ θεραπευτικῆς Methodi doctrina reſumemus: præſidium medicum, ſummum huius tractationis genus, in ſua genera ſubalterna & ſpecies, donec ad extremas deuentum ſit, diuiſum perluſtrabimus, à confuſioribus ad magis ſpeciales deſcendemus. Quamuis autem præſidium in doctrina Theorica diuidi quidem poſsit in Conſeruatiuum, Curatiuum, Præſeruatiuum: tamen ſi ad πρᾶξιν accedamu: & materias eiuſdem, nõ ita ſecludi poſſunt ut non una ſpecies altera quoq; includatur Ratione ergo materiæ triplicis, triplex quoque genus, quo omnia iuuantia præſidi (qualicunq; intentioni θεραπευτικῆς metho di inſeruientia, non enim ὑγιεινῆς indicatio nes cum his confundemus) uarijs tamẽ ſpe ciebus comprehenduntur, ab authoribu conſtitutum eſt. Ex alimentis & rebus no naturalibus deſumptum διαιτητικόν, ex ma nuali operatione Chirurgicum; ex medica tis herbis, radicibus, ſeminibus, minerali bus ſimplicibus & compoſitis Pharmace

ticu

ticum appellarunt. Horum omnium definitiones & diuiſiones ceu ab alijs traditas prę ſupponentes, adminiſtrationem & rectum uſum examinabimus. Licet autem hoc proceſſu utẽtes, tertium, uidelicet pharmaceuticum inſtrumentum propter commoditatem ἀναλύσει, qua etiam inuentum, perſtringamus: tamen ratione totius & priorũ præſidiorũ Tractatione integra, definitiua ſeu diuiſiua methodo contentum dicimus. In iiſdem autem præſidijs tam uniuerſalibus, quàm particularibus, quales & ratione quidditatis & recti uſus in quotidiana πράξει à quibuſdam errores committantur, quomodo item ijdem corrigendi, dicta Methodo candidè & fideliter docebimus, ut ſic priſtinus Medicinæ Galenicę uigor reddatur, totaq; facultas Medica ad gloriam Dei, honorem medentium, utilitatem ægrotantium, illuſtretur. Quem noſtrum laborem ſi gratũ ſenſerimus, in ſpecie quoq; ſingulorũ morborum curationes examinabimus, quidq; in ijs contra artis præcepta exerceatur monebimus, pro ingenij modulo emendabimus. Ἀρχιατρὸς Chriſtus Spiritus ſui ſancti gratiam largiatur:

Amen.

LIBRI

LIBRI PRIMI SECTIO PRIMA: DE METHODO Medendi.

QVOD *fœlix fauſtumq́ ſit, quod in præfatione de medendi Methodo pollicitus ſum, in primo huius libri primi capite effectũ dabo: mox in ſequẽtibus, quæ ſcopum huius tractatus præcipuum cõcernunt,* Dei *gratia perſequar. Quoad naturam & eſſentiam Methodi, eiusq́ differentias, definitionem ſanè ex cauſis exquiſitè conſtituêre, ex eadem item differentias quoque inueſtigarunt: quoad uerò materiam ex qua, inſtrumentumq́ eius præcipuum, indicationem uidelicet, attinet, earundem doctrina longè meo iudicio expeditior atq́ facilior foret, ſi magnitudinem nullo modo inter indicantia ipſius* QVID *referrent. Sumatur namq́ proprium ipſius indicantis, ab excellentiſſimis quibuſuis Dogmaticis approbatum, quòd uidelicet unum indicans unum tantùm per ſe indicet: poſito hoc, ex ipſorum*

oſorum ſentẽtia dicamus, Morbum & ra-
ione ſuæ eſſentiæ, & ratione ſuæ cauſæ con-
unctæ, & ratione magnitudinis eſſentiæ ip-
m QVID *agendum indicare. Sanè ita*
num à tribus alicui indicari uidetur: at ſi
xtrè tamen eos interpretemur, reuera à
uobus indicatur, uidelicet à morbo per ſe
mpliciter, & quoniam cauſa coniuncta de
ẽntia morbi eſt itidem per ſe, & à magni-
dine eſſentiæ morbi. Hoc ergo cum è diame-
ſuprà poſito axiomati repugnet, ulteriorẽ
larguti one indicatio à magnitudine de-
mpta non indigebit. Si enim ut reuera
rbus ipſum QVID *agendum indicat,*
modo accidens idipſum, uidelicet magni-
o morbi, indicabit? At eſſentialẽ QVID
icare nobis opponent. Scire autem deſide-
m, quid eſſentiale hoc loco eſſet. Morbus
omnino qualis eſt, quomodo ergo quan-
ipſi inerit per ſe & eſſentialiter? ſoli
ſubſtantiæ per ſe ineſt, per accidens au-
qualitati. At uideamus quomodo indi-
huius magnitudinis explicari poſſit.
s ardens uehementiſſimum indicat re-
ans. Cuinam uis indicandi tribuenda?
febri, an uerò uehementiæ? Si uehemen-
tiæ &

tiæ & magnitudini, tum eadē quoq; in alijs morbis, ubi nihil minus quàm refrigerandũ, refrigerans tamen indicaret, &c. Ergo febri. Inſtabũt fortè, ſi febris ſola per ſe indicat refrigerans, in omni febri uehemens indicabitur refrigerãs. Reſpondemus, febrem quidem ſolam indicare refrigerans, at non determinatum: hoc enim ab alijs accidentibus fit, inter quæ magnitudo quoq; numeratur. No enim intenſio caloris poteſt dici forma huiu febris: maius enim & minus nequaquam differentiam formalem efficiunt. Determinatio autē ipſius QVID, *& ipſum* QVID *longè diſcrepant. Ne ergo Practicorum ani mi in indicationibus curatiuis, quibus po modum curatio quoq; reſpondere debet, a ſtrahantur atq; perturbentur, ipſum* QVI *curatoriũ ſolum morbum eiusq; cauſam co iunctam,* QVID *præſeruatorium cauſa antecedentem internam,* QVID *conſer torium uirtutem indicare ſciant. Rectum tem uſum, adminiſtrationem & determi tionem ipſius* QVID, *reliqua accidentia dicant: Quantum agens indicans uel ue menter, uel remiſſè: Quomodo patiens i cans: Quando indicãs præſens: Vbi inhæ indi*

ndicans ibi, ubi iuuamentum à re indicata ccipere poteſt. Quod ſi quis obſeruauerit, in uolibet affectu quoduis præſidium abſque lifficultate inueſtigare & adhibere poterit. Et hæc ſunt quæ de uniuerſali Methodo mo-enda duximus. Tranſeamus modò ad rem & inſtitutum.

SECTIO SECVNDA: DE CIBO.

CVm inter præſidia medica διαιτητικὸν *communiſſimum ſit, tum ad morbi de-pellationem, tum ad uirium cōſeruationem, & maximè in omnibus affectibus neceſſa-ium, ſiq́; ritè adminiſtretur, proficuum, nec ræterea minimum locum obtineat, iterq́; ui-æ noſtræ ad mortem citatiſſimum illo ſolo, ſi uando ad morbidam ſemitam offendat; ſæ-ius reducatur, grauiſſimiq́; morbi eo arceā-ur, primò quoq́; eius cenſurā aggrediemur. icet autem in uſu eiuſdem de re omnium naxima, uidelicet uirtute morbo repugnan-e agatur: ſatis tamen negligenter plurimi Medicorum in eo uerſantur. Hinc nonnulli on diſtinguentes inter alimentum, ut me-icamenti & nutrimenti rationem habet, ualitatem ſeu quidditatem uictus ſaltem*

primas

primas uel ſecundas qualitates affectui con-trarias, quantitatem uerò tenuitatem uel ple-nitudinem eſſe exiſtimāt: qualitatem à mor-bo, quantitatem uerò à morborum mutatio-nibus & criſi rationem uictus modò tenuem modò plenam petendam eſſe ſibi imaginan-tur: proinde ſemper, quo propius ægrotan-horæ criſis acceſſerit, tanto ſubtiliorem uict-administrant: quo longius ab ea abfuerit, e-craßiorem. Confirmantur etiā in hoc aliquo-locis aphoriſticis parum dextrè intellectis. Toto autem cœlo diſcrepāt plenus & multus-tenuis & paucus uictus. Plenus enim & te-nuis uictus omnino qualis eſt, indicatus ſat-tem à uirtute: paucus uerò & multus quan-tus eſt, quem gradus ipſius uirtutis, cuius tem-pora & morborum mutationes ſigna quoq; ſunt, metiuntur. Euidentißimè autem erro-ipſorum ex ſubiecti, quod indicare dicunt-criſis uidelicet eſſentiali definitione mōſtra-ri poteſt. Criſis enim, ut Galenus cap. 11. lib. 2 de Criſ. definit, eſt præceps & uehemens na-turæ expultricis in morbis acutis impetus. Quæ definitio duo argumenta firmißim-contra ipſorum ſententiam nobis ſuppeditat. Primum, cum criſis ſit mutatio quædam, ne-

ceſſ-

*eſſe eſt, ut ſi quid indicat, id quoq; ſub genere
mutationis reperiatur: indicans enim & in-
dicatum eiuſdem naturæ eſſe debent. Hoc er-
o indicabit per ſe, nimirum ſi natura ex ro-
re & perfectione materiam morbificam
ggrediatur & moueat, ſed tamen diminu-
commodis auxilijs motum ut adiuuemus:
deprauatè moueat, contrarium motum in-
camus: quæ genuinæ ſunt indicationes, ex
ſeos & indicationis natura deductæ. Qua
ro ratione uictum quoq; per ſe indicabit,
n quo tamen nihil ipſi communitatis in-
cedit, unumq; unum tantùm per ſe indi-
? Alterum: Omne indicans per ſe, ſemper
in omnibus morbis indicat. Criſis non in
nibus, ſed in acutis ſaltem, ut definitio ex-
ſit, locum habet. Quòd ſi hiſce rationibus
um fidei habent, uideant ipſam πρᾶξιν,
piant curationem reuerendi noſtri ſenis
pocratis, qui libro 1. de ratione uictus in
is omnino contrariam diætam inſtante
præſcribit, ſine dubio habita ratione uir-
s. ibidē namq; ſcribit: Quanto maior fue-
xpurgatio, tanto magis ad criſin uſq; da-
oortet. Item in textu immediatè quarto
præcedenti: Nēpe ſi morbus ſiccior, quàm*

ut quiſpiam exiſtimat, fuerit, non multum dare oportet: ſed ante ſorbitionem uel uinũ, uel mulſam dare decet: ſiccitas uerò diſtantiã à criſi & cruditatem oſtendit, cum hac tamen parum dare cõſulit. Ita cum in acceſſionibus abſtinendum præceperit Hippocrates, quidam ſemper abſtinent, cum tamen non ſit articulus fidei: acceſſio enim, quatenus acceſſio, nec indicat, nec prohibet: imò Hippocrates ipſe, quoties uires proſterni contingit, ut ſi præceſsêre Solis calor, fatigatio, inedia, uigiliæ, alimentum porrigit: quibus calida & ſicca intemperie febris accedit, his in principio horroris pane ex uino diluto dato febrẽ inhibebat. Cum igitur hac importuna, uulgari & fallibili alimentorum exhibitione ad criſin & tempora morborũ directa, ægrotantes in diſcrimẽ etiam mortis adducant: ea quidem nõ omnino neglecta, prudens tamen quiſq; Medicus uires potiſsimùm conſideret, & qualiter ad morbi naturam & conſtitutionem ſe habeant expendat, ſicq; cautè uictum præſcribat, ne natura pleniori obruatur, uel morbo admodum debilitata ob tenuitatem uictus deficiat. Multis autem hæc percurrentibus, mox Galeni loca occurr-

*bi paſsim inculcat, præſertim lib. de Criſi-
is, morbi cõſtitutionem, qua etiam motum
mprehendit, plurimum ad diætam inſti-
endam ualere: quibus ſcrupulum hunc ut
imamus, uera quidem hæc eſſe fatemur,
rum tamen indicans eſſe negamus, ueri in-
cantis, uirtutis uidelicet, ſignum eſſe conce-
mus. Proinde loci Hippocratis & Galeni
n ita ſimpliciter intelligendi, ſed ad ueram
rmam, uires ſcilicet, eorum explicatio di-
genda eſt. Sunt autem & alij Medicorum ab
npiricis parum diſtantes, qui omni ſpreta
dicatione, ægrotantem tertia quaq; hora,
bè etiam minori interuallo, quãdoq; in ſta-
ipſo anhelantem, hiantem, pugnaq; morbi
bilitatum; duarum aut trium unciarum
uſtum ingurgitare cogunt, perterriti ſym-
omatibus quæ ex pugna morbi & uirium
oriuntur, dumq; ſuccurrere conantur, na-
rã à pugna diſtrahendo opprimũt. At igno
ntia ipſorum timidos & perturbatos illos
ddit, ut neq; cõſilio, neq; prudẽtia uti ſciãt.
quiritur ergo exacta hoc loco cognitio do-
rinæ σημειωτικῆς, accurata uirium noticia,
ex collatione diligenti, utrum uires perdu-
turæ ſint, ſicuti Hippocrates loquitur, ſcire,*

*& uel abſtinere, uel exhibere alimentũ poſſi-
mus. His quaſi oppoſiti ſunt alij Medici, qui
& Hippocratica & Galenica præcepta non
ſolùm diligentiſſimè obſeruant, ſed eadem
etiam corrigere attentant. Cum enim Hippo-
crates diuinus, 1. lib. acutorum, tria uictus ge-
nera in acutis morbis neceſſaria conſtituerit,
tenuiſſimum nempe in acutiſſimis, in ſola po-
tione aquæ hordei, tenuem in acutis in cre-
more ptiſanæ, pleniorem in chronicis in craſ-
ſiori ſorbitione ptiſanæ: ipſi hordeum excita-
turum uereretur nauſeam, propterea alia gra-
tiora ſubſtituentes haud parum hallucinan-
tur: pro potione enim aquæ, ius & aquam
ſtillatitiã ex pullo, pro cremore ptiſanæ car-
nium optimè decoctarum expreſſionem, pro
ſorbitione ipſum contuſum ordinarunt. Qui
error cum palpabilis admodum ſit, ſiquidem
ſubſtitutio non ſimilis, ſed contraria omnino,
& pro tenui plenus uictus poſitus eſt, ſpero
ſani iudicij Practicum abſq; monitione eui-
taturum. Deniq; non deſunt Medici genero-
in Galeni doctrina exercitati, experientia
optimè uictus ueram formã præſcribere ea-
cti, qui nihilo tamen minus, neſcio quàm b-
na conſcientia, quod uires opprimit, quod n-
tura*

ram in forti pugna à uictoria abſtrahit. odimpuritatem auget, mortem accelerat. ermittere non ignorāt, dum ſcelcroſa cau- , ut mulierculis cæteriſq́ aſtantibus ap- udant, & tanquam naturæ amici digni imentur, in ſtatu ius capi decoctione con- pti, & alia inſtaurantia ex duplici uaſe ata præbent, cōtrà quàm ars præcipit, ſal- ut mulierculis de uirtute ſollicitis, & ro- ex alimēto petentibus gratificentur. Hoc em nequaquam Medici, ſed aſſentatoris Et quid, ſi muliercularum mancipia eſſe mus, ars ex authoribus, rationali doctri- & uſu petitur? Cur non potius, abiectis aboribus, ex uulgi deſiderÿs & recepto e quærimus auxilium? Hos certè conſue- non excuſat: plus namq; ualent uires, inquiunt, aſtantes ægrum nos fame ene- obganniunt. Hæc eſt ratio, quæ impellit m potius in perniciem ducere, quàm ru- uſta reprehenſione ad ſalutem patientis re. Ne itaq; quiſquam uel clamore mu- ularum, uel conſuetudine aliÿsúe acci- ibus moueatur: quæ arte, uſu & expe- ia cognita habet, fideliter adminiſtret: im ſartam tectamq́ ſuam conſcientiam

conſeruabit, & afflicto leuamen exoptatum afferet. Et hæc hactenus de alimento, quatenus nutrimentum corpori præſtat. Si uerò alimentum ut medicamentum cõſideretur, cùm eo nomine potius ad pharmaceuticum genus pertineat, pauca hic ſaltem attingemus. autem minimè omnium conſuetudo indica. Rectè igitur Medici, qui pro uaria mor temperie cõtrario modo temperatum cibu præſcribunt, minus autem rectè patiente conſuetis & gratis ad cibos medicatos ingr tos ſubitò deducunt, immemores Aphor mi Hippocratici, qui ita habet: Parum de rior cibus aut potus, ſuauior autem, melio bus quidẽ, ſed minus ſuauibus eſt præfer dus. Item: Quæ longo tempore conſueta ſu & deteriora ſunt, inſuetis minus moleſt ſolent. Ideoq́ Hippocrates lib. de affect. æg tantibus conſulit, ut iiſdem quibus temp ſanitatis utebantur, quoq; utantur, dumm de correctione antea præparentur iuxta a ctus naturam. Et in fine eiuſdem libri a plius id elucidans, inquit: Quæcunque ſa commoda ſunt, ea etiam ægrotis exhibita tiora ſunt, & oportet detracto ipſorum ui ea dare, alioquin corpus ipſa nõ fert, ſed

is lædunt quàm proſunt. Ne itaq; nimis ſcru
ulosè & anxiè curando, ſuperuacanea &
nutili diligentia Medicus ægrotanti noceat,
ræceptum hoc Hippocraticum in ordinan-
la diæta ob oculos ſibi ponat. Hæc hactenus
le cibo.

SECTIO TERTIA:
DE POTV, ET RELIQVIS rebus non Naturalibus.

*AD potũ quod attinet, in eo præſcriben-
do non contemnendi, ægriſq; pernicio-
i quoq; errores à quibuſdam Medicis com-
mittuntur. Si namq; pro morbi diſpoſitione
quam ægrotis bibendam cenſeant, eam ſta-
im tenuitatis ac puritatis gratia decoquen-
dam conſulunt: cum tamen per inſenſibilem
halitum quod tenue eſt in aqua, dum coqui-
ur, expiret, craſſius ac fæculentius remane-
t, guſtui quoq; ſapore mucido ingratior red-
datur: quod poſterius ut ſenſui obuiam eſt, ita
rius manifeſtè Hippocrates lib. de aëre, a-
quis & locis euidenti φαινομένῳ declarat,
quod breuitatis ſtudio cuiq; eo loci inquiren-
dum relinquimus. Tutius ergo longè eſt, lim-
pidiſſimam ac puram aquam per ſe, quàm
eandem deteriorem, tædioſam & ingratam*

coctione effectam patienti exhibere. Interim tamen hoc nequaquam uniuerſale dogma ſtatuimus: lutulentæ enim, limoſæ, graueolentes, ſi iiſdem uti neceſſitatis telo ineuitabili urgeamur, omnino decoquendæ: quas item experientia hypochondria inflare probauit, etiamſi nec odore, nec ſapore diſpliceant, ſi non decoquendæ, ſaltem calefaciendæ, ut quoq; Gal. lib. de tuenda ſanit. ritè præcepit: ad has quoq; referendæ crudæ, indomitæ ueteribus appellatæ, ut ſunt quæ ſolē auerſum non fluentes uerſus ortum habent, puteanæ itidem, quarum craſſities ui & calore ignis attenuāda & contemperanda, ut potui aptæ reddantur. In laudatiſſimam autem aquam tempore hyberno micam panis ſemiaſſatam, ut eius frigus obtundatur, immittere, ualetudini non parum confert. Sunt quoq; nonnulli Medicorum, qui aquam hordei ſimplicem in febribus ad calorem & ardorem earum mitigandum exhibeant: at palàm Galeni & Hippocratis teſtimonia crudam admodum & flatulentam eam eſſe monſtrant. Hi enim ad ptiſanam probè parandam hordeum plurimùm coqui iubent, donec flatulenta eius ſubſtantia coctione euaneſcat. Leuiter

...iter cocta, cruda & flatulenta: ſin uerò diu... ...ius coquatur, ingratior euadit. Eius ergo lo... ...o uel ptiſana, utpote cui laudes, quas Barba... ...i aquæ hordei tribuunt, uerè competunt, ...tendum, uel decoctioni aromaticũ aliquid ...dmiſcendum, quod etiamnum diligentio... ...s & prudentiores Practicos hodie obſerua... ...uidemus. Vt autem in decoctione aquarũ, ...a etiam in refrigeratione error haud uul... ...ris deprehenditur. Ob ea enim quæ ex in... ...nuenienti uſu & improba bibendi ratione ...cautis, Hippocratis, Galeni omniumq́ me... ...corum conſenſu & experientia, pericula ...cidiſſe cognouerunt, ut ſunt tuſsis, ſpirandi ...fficultas, ſanguinis fluxiones, ob pulmonis ...ſorum diſruptionem & constrictionem, ...ntriculi ac cerebri imbecillitas, destillatio ...de concitata, & alia his ſimilia, Medici ...die refrigerationem potus adeò pertime... ...ndam reddidêre, ut uulgus etiam ſummo... ...è eandem damnet. At constat, Neronem ...uas decoctas refrigeraſſe, idq́ ipſum conſi... ...Andromachi feciſſe dat coniectura. Hip... ...rates, Gal. multis in locis potum refrige... ...e præcipiũt. Suaſit & id Galenus Seueris ...peratoribus. Et recta ratione, ut aliquid

pro principum noſtrorum defenſione affe-ramus, id feciſſe uidentur. Sitis enim natu-ralis cauſa eſt calor, qui frigidum indicat: quibus ergo intenſior fuerit, iiſdem frigidio quoq; potus conueniet, præſertim cum is ad uentriculi robur, quod in membranarum a fibrarum corrugatione, quam etiam frigida potionis aſtrictio inducere ualet, conſiſtit, conferat, nec non eadem ratione ἀντιπεριστά-σεως diſsipatio caloris natiui in toto prohi-beatur, ſpirituumq; diffuſio minori diſpen-dio in corpus diſtribuatur. Quibus rationi-bus opinionem illam uulgarem de potu re-frigerato non quidem reiicimus, ne refraga-ri uideamur ipſi experientiæ, quæ multos ſa-lo ſæpe aquæ niue refrigeratæ potu uel im-matura morte abreptos, uel aliis grauiſsim-morbis affectos teſtatur: limitamus tamen utq; tuto bibi poſsit, aëris conſtitutionem ca-lidam & æſtuantem, naturam corporis iu-uenilem exercitiis deditam, uentriculi ac ui-ſcerum robur, menſurã refrigerationis pro-portione corporis calori reſpondentem, inge-ſtionem lentam, paulatinam, quãtitate mo-deratam requiri ſtatuimus. Hæc ſi quis ex-actè conſiderauerit, facilè pericula quæ gr-

ti-

idiè uiſuntur euitabit. Antea autem quàm hinc digrediamur, utilis ſanè adhuc monitio de uinis medicatis ſubit, quæ ut apud priſcos medicinæ parentes in ſummo fuêre pretio, ita rectè & prudenter etiamnum à noſtri temporis Medicis uſurpantur, in diuturnis potiſſimùm morbis: quia facultates impreſſorum ipſis medicamentorum celeriter, iucundè & tutò toti corpori eſſentiæ leuitate & familiaritate diſtribuuntur, illudq́ opportunè abſq; noxa, tædio & nauſea à uarijs affectibus liberant. In eorundem tamen uſu eſt quod maximè in plurimis Medicis deſiderem: dum enim patientibus nimium indulgent, ipſisq́; gratificari ſtudent, maximoperè nocent, permittendo uidelicet ut uina illa medicata, mixta non ſolùm cum lenientibus, ſed purgãtibus, agarico, turbith, Rhabarbaro, ſemine Carthami & ſimilibus, in principio menſæ loco potus conſueti aſſumant, ita ut neceſſarium ſit medicamenta cum alimẽtis miſceri, uentrem quidem moueri, concoctionem tamen turbari, crudam materiam è uentriculo in corpus unà cum medicamẽtoſa qualitate in uenas totius deferri: unde licet ex uentre inferiori humores

peccantes

peccantes educantur, tamen maior noxa ex perturbatione & intempeſtiua chyli digeſtione relinquitur. Hoc itaq; cum contra rationem & præcepta noſtrorum autorum ſit, manifeſtumq́; ægrotantibus detrimentum importet, omnes medicinam facturos monitos uelim atq; rogatos, ut hac in parte & conſcientiæ propriæ & ægrotantibus parcant, medicata illa uina uentriculo ieiuno exhibeant, nec alimentum offerant, priuſquam medicamẽtum iam è uentriculo eiectum uires ſuas exeruerit. Nec iuuabunt eos hac in parte, quas fortaſſe mihi opponent, ueterum medicorum authoritates: ij namq; medicata quidem in menſa exhibuerunt, at ſolummodò alterantia, nec ita naturæ noſtræ inimica purgantia medicamenta, utpote ex quibus licet aliquid in corpus diſtribuatur, nihil tale quale à purgantibus ipſi accidere compertum eſt, euenit. Et hæc ſunt quæ de Diætetico præſidio monenda duximus. Etiamſi enim reliquæ res non naturales dictæ ad hoc quoq; referantur: tamen de ijs cum nihil hoc loco referendum habeamus, eo miſſo, ad alterum, Chirurgicum uidelicet, accedemus.

LIBRI

LIBRI SECVNDI SECTIO PRIMA: DE CHIRVRGICO Præſidio.

SI quando morbus grauior ſit, quàm ut ſola uiuendi ratione accurata depelli poſsit, tum ad maiora præſidia, & uel Chirurgica, uel Pharmaceu-ica, uel utraq; ſimul properamus, nonnun-uam ab hoc, nonnunquam ab illo, pro ua-ia indicatione initium ſumentes. Nunc de is agendi occaſio ſe offert. Cum autem ab or-ine adminiſtrationis, quia uariat, ordinis oſtri ratio hauriri non poſsit: quia Chirur-ica præſidia ad uarios & diuerſos morbos ſe extendunt, Pharmaceuticam uerò in ſua enera diſtributũ, certis morborum & cau-rum generibus expugnandis uiribusq; ro-randis accommodatum eſt: lege καθόλε u communius priori loco Chirurgicũ præſi-ũ examinabimus, quiq; in eius uſu à qui-ſdam Practicis errores committantur, fi-liter redarguemus. Per inſtrumenta au-n & præſidia Chirurgica intelligimus nõ omnia

omnia topica & particularia emplaſtra, unguenta (de his enim peculiariter ſuo loco:) ſed omnia præſidia uniuerſalia, quæ extrinſecus in corpore manu adminiſtrantur, & pluribus morbis accommodata ſunt: ut ſunt, ſectio uenarum, arteriarum, applicatio hirudinum, cucurbitularum ſcarificatarum et non ſcarificatarum, frictiones, ligaturæ, fonticuli, ueſicatoria, &c. Inter quæ cum præcipuum locum obtineat uenæ ſectio, utpote qua de ſummo & dilectiſſimo uitæ theſauro, ſanguinis uidelicet & ſpirituum copioſa profuſione agitur, ab eadem exordiemur. Cum autem diffusè admodum & copiosè à pluribus de hoc inſtrumento tractatũ ſit, ordine omnia duobus capitibus comprehenſa, iuxta doctrinam uniuerſalem omnium indicationũ, Qualitate uidelicet ſeu quidditate huius præſidij, & modo utendi (quo ipſum Quantũ, Quomodo, Quãdo, Vbi) pertractabimus

SECTIO SECVNDA: DE VENAE SECTIONE & Arteriotomia.

DE *quidditate huius remedij adeò inter ſe pugnãt uiri etiã doctiſſimi tum authoritatibus, tum rationibus, ut à cuius*

partibu

artibus ſtãdum ſit, non ita facile ſit cognitu. ‑d enim quidam à morbi magnitudine, uiri‑m robore, & ætate indifferenter indicari ‑atuunt: quidam ab iiſdem, certa tamen ali‑ua distinctione: alij à ſola plenitudine: o‑mnesq; hi probabilibus, non tamen ueris & ‑nalyticis rationibus propoſitum ſuum de‑monſtrarunt. Ad primum namq; quod atti‑et, uel tantillum in Dialecticis diſciplinis ‑xercitatis conſtat, tria illa, magnitudinem, ‑ires, & ætatem, ne commune quidem nomẽ ‑el æquiuocum uel analogum habere. Si ergo ‑erum eſt quod uerißimum putatur, quòd id ‑uod indicat ſua natura indicet, multò mi‑nus tria dicta communem naturam habebũt, ‑roinde ſic coniuncta non indicabunt uenæ ‑ectionem: quia quod unum indicat, unum ‑it neceſſe eſt. Sed nec ſeparata eam indicant: ‑t enim morbi genus præſidij genus indicat, ‑ta morbi differentia præſidij differentiam ‑ndicat: morbus ergo magnus præſidium ma‑gnum indicat. Non autem eſt cõuertibilis pro‑poſitio hæc, ita ut eadem ſigna maneant: quia ‑niuerſalis affirmatiua eſt. ut: Omnis morbus ‑nagnus indicat præſidium magnum: Omnis ‑enæ ſectio eſt magnum præſidium, non tamẽ

Omne

Omne magnum præſidium eſt uenæ ſectio. Hæc ergo particularis concluſio ſequitur: Ergo quidam morbus magnus indicat uenæ ſectionem: Ergo magnus, non quia magnus, ſimpliciter indicat, alioqui omnis magnus indicaret, ſed propter aliud indicat: ſicq́ etiam à concreto ad abſtractum, Ergo nec magnitudo. At nec uires, quia unum unum tantùm per ſe indicat: Hæ autem abſq; dubio ſui cuſtodiam indicant, ergo non euacuationen uel deſtructionem.

De ætate ſimiliter non prolixè diſputandũ: quia eſt ex eorum numero, quæ ſecundum naturam ſunt, proinde curatorium indicans eſſe non poteſt, præterea ſemper quoq; indicaret. Ex huius opinionis refutatione patet etiam ſecundæ, quæ diuerſimodè priora indicare uult: omnis enim indicandi uis, ipſis noſtris argumentis ſublata eſt. Tertiò plenitudinem per ſe non indicare idem docet, quod de magnitudine dictum eſt: præterea hac in parte Empiricorum ſectæ aſtipularemur, hoc ſi concedere uellemus. Vt autem quiſq; arduum hoc præſidium tutò adhibere poßit, ſciẽdum, indicari id triplici ratione, uidelicet Euacuationis, & uel Eradicantis ad deliquium animi.

*i, excluſiuè tamen, ut à ſanguine putreſcen-
uel Euacuationis Imminuẽtis, ut à ſangui-
copioſo, idq́; uel communiter, uel determi-
tè, pro ratione ſubiecti: uel ratione Reuul-
nis, ut à ſanguine magno impetu fluente:
l ratione Deriuationis, ut à ſanguine pau-
im fluente in parte uenas uicinas ceu ca-
les, per quos deriuatio fieri poßit, habente.
s ſcopos Practicorum qui negligunt, uel
nia temeritate & audacia, ſanguine fru-
i miſſo, eodem ægrotantem ſimul cum uitæ
rtione inſigni ſpoliant, uel præter rationem
pidantes plurimos hoc auxilio deſtitutos
rdunt. Videamus modò in adminiſtratione
quid delinquatur. Circa Quantum duo
tißimùm à Medicis Practicis digna repre-
nſione committuntur. Primò namq́; quidã
thoritate Galeni, Auicennæ & quorundã
æcorum potißimùm Iulij Alexandrini de
ti, certam quandam uacuationis menſurã
undum magis & minus dari autumant,
am præterire nullo modo liceat, maximã
libras ſex, minimã ad libram unam: imò
idam in hoc auxilio adminiſtrando ad-
dum audaces, maiorem quantitatem ad
uem, minorem ad libram unam cum di-*

midia aut ad duas extendunt, qui uitæ pi
tius quàm ſanguinis exhauriendi cupidi u
dentur. Sciri hoc tamen neutiquam poteſ
audiamus ſolum Galenum de quãtitate li
3. Meth.c.3. ſic ſcribentem: Nulla eſt in ar
Medica nec res, nec medela, quæ ſpecie dic
bilis non ſit: ſed quod nec dici, nec ſcribi, n
percipi omnino (exquiſitè ſc.) poteſt, quan
tas in quoq; eſt. Quid expreſſius dici pote
Ne cui autem uideatur contra tot clariſſim
nos ſola authoritate pugnare, en ratione h
planum eſt: Cognitio exquiſita quantita
uacuandæ, oritur ex cognitione exquiſita i
crementi ſupra naturalem ſtatum: ſangui
naturalis quantitas exquiſita cognoſci n
quit: Ergo nec incrementum, per conſequ
neq; detractio. At, inquies, nónne ad ui
qualitatem quantitatis uacuatio modera
da eſt? illarum autem notitia expulſu hab
poteſt: ergo etiam quãtitas ſciri poterit. Co
ceditur quidem argumẽtatio tota, ſic aut
limitatur: Aliqualis cognitio uirium po
haberi quidem, nullus tamen Medicor
certiſſimam ſe poſſe conſequi cognitionẽ
rium affirmare audebit. Si propria hom
natura exactè cognoſci non poteſt, ut G

ſæpius dicere conſueuit: talis ergo etiam ntitatis ſanguinis euacuandi, imperfe- uidelicet, notitia erit. Secundum quod in riſq; Practicis deſideratur; eſt, quòd licet quantitatem ſanguinis euacuandi quo- nmodò teneant, tamen ſectionem & eua- tionem Chirurgis ſolis permittunt, qui ım fallibilia habeant euacuationis ſigna nde, quæ licet ex Galeno deprompta ſint, tamen ita ab ipſo, quia incerta, ut ipſis fidamus propoſita ſunt. Solent ipſi obſer- e mutationem fluxus & impetus, qui ta- n ſæpe multis de cauſis ſubſidere ſolet, an- uam debita quantitas ſit extracta, ſicut ultrà procedere impetu delationis, & ui- m robore: quod licet laborantes tum qui- n tolerent, poſtea tamen difficilius conua- ſcunt ac reficiuntur, morbusq; occaſione il- diuturnior redditur, ac laborans deinde nptomata ſuperuenientia difficilius ſuſti- re poteſt. Secundò obſeruant etiam muta- nem coloris in ſanguine, quod ſuſpectum modum eſt: difficulter enim, dum ſanguis it, huiuſmodi mutatio cognoſcitur: cum rò iam fluxit, inſpicere inutilius eſt, ſiqui- multoties bis térue ſanguine miſſo, quod

in alta putredinis minera reconditur, ul
mo loco extrahatur, in parua tamen quan
tate, ita ut parum prodeſſe poſsit, ulterior
tamen ſanguinis detractionem laborans
tra uitæ periculum tolerare nequeat, etia
ſummoperè neceſſaria ſit. Dum igitur ſa
guis mittendus, Medicus eius quantitat
colligat, primùm tanquã ex uero et ſolo in
cante, uidelicet ex incremento & decrem
to ſcopi illius, uidelicet copiæ ſanguinis,
ſanguinis putreſcentis, à quibus ſectio
indicatur. Et ſicuti plenitudo illa à qua
dicatur phlebotomia, eſt uel magna, ma
maxima: ita quantitatem ad eandem n
deretur, habita tamẽ etiam ratione uiri
ceu contrà indicantium: cuius, doctrinæ
rioris gratia, tres quoq; ordines ſeu gra
conſtituantur, Validæ, Validiores, Validi
mæ: quo ualidioresq; erunt uires, eo ma
uacuatio erit efficienda, ſic quoq; indica
plenitudine. Vt uacuatio autem illa re
perficiatur, prudens quiſq; Medicus ipſe
patienti aſsiſtat, manum pulſui admou
diligenterq; omnes eius mutationes perp
dat: atq; pulſu uel à magnitudine ad par
tatem aut econtrà mutato, ſubitò Chir

*ab opere ceſſare iubeat: ſiq́ maxima in-
tur Euacuatio, & ad animi uſq; deliqui-
ictu id produci nō permittat, ſed ſemper
o infrà ſubſiſtat, ne pro animi deliquio
inopinata maximo artis uituperio ho-
ē inuadat. Et hæc de quantitate. Mo-
ſecandi quod attinet, principaliter hic
hirurgos ſpectat: cum autem hi ob igno-
iam & ignauiam ſummā una eademq́;
er in quauis uena ſectionis figura utan-
idemq́; pro obiecto inſtrumento foramē
ant, ob id quoq; Medici malè audiunt,
otum negotium eiuſmodi hominibus
ritis relinquentes, ægrotantibus non aſ-
t, Chirurgosq́; inſtruunt, quando uel
, uel obliqua, uel tranſuerſa ſectione fo-
n latum, anguſtum aut mediocre effi-
lebeāt: ſuccedat poſtmodum ſectio quo-
cunq;, culpa in Medicum, & non im-
ò, conijcitur. In hoc itaq; & artis Me-
& ſuiipſius propriā authoritatem Me-
tueatur, obq́; patientum utilitatem la-
on parcat. Nec modum & quantita-
lùm conſideret, uerùm diligenter etiā
onem: maximè enim præceps illa eſt, ut
crates 1. Sect. aph. 1. Quod quidā pra-*

ctici conſiderant, at nimium ſuperſtitio quidam nullum temporis reſpectum hab dum, ex lib. Galeni de ratione curandi uenæ ſectionem, item eiuſdem libro n Meth. med. ex Oriboſio libro ſeptimo ſu collect. probare nituntur. Cum autem loci Galeni pugnēt, atq; dilucidius ipſius thoris mentē referant, locaq; concilient, C nelius item Celſus & omnes hodierni R ctici contrarium ſentiant, de eo nō prolix diſputabimus. Non tamen pro indicante terim ipſum tempus aſtruimus, ſed po pro ſigno indicantis, & propterea id quo obſeruari monemus. Hinc ex illo tanq indicantis ſigno Meth. σημειωτικῆς concl mus, uenæ ſectionem ut Reuulſiuum p dium ſemper in inflammationum & flu num principijs adhibendum, ut Vacua uel Deriuatiuum nonnūquam in princ interdum in alijs temporibus, uel potius tibus principij uniuerſalis, quod ad al dies durare poteſt quandoq;, ita ut non per aſtricti eſſe debeamus ad tertium quartum diem, uel etiam paroxiſmum multi hac opinione praua imbuti, ſæpen rò ægrotantes in uitæ diſcrimine relinqu

Si

icuti & alij eiuſdem farinæ, qui ut apud lebeculam ſingularis eruditionis & peritiæ in Mathematicis & Aſtrologicis perſuaſionem concilient, ſpecialiter incumbũt quadris Lunæ, quæ dominatur humiditatibus orporis, eſtq; inferior alijs planetis, nobisq; roxima, iubentq; phlebotomiã exercendam n prima eius quadra, calida et humida exiſtente, ſanguini conformi: alij in medio tertiæ uenã ſecari conſulũt, quia tunc, ut aiunt, umores nec coarctantur nimium, nec efferueſcunt: nonnulli id Metricum obſeruant, Luna uetus ueteres, iuuenes noua Luna repurgat. Alij dies quoſdam infauſtos & infelices tum pro purgatione, tum pro uenæ ſectione obſeruãt: ſingulis menſibus duos dies habent maximè infelices, ab Aegyptijs primùm obſeruatos: mira admodum, dum conueniens medicamentum præſcribere neſciũt, ingunt. Nã aſtris ſuas quidem uires, à Deo Opt. Max. inſitas, nullo modo ademero, at in operationibus Medicis non ita ſtrictè ipſorum ſitus obſeruandos iudico: quia cœlum eſt uniuerſalis cauſa, quæ non agit, niſi cauſæ particulares bene diſpoſitæ fuerint: tũ quia Aſtrologiæ iudicia plurimũ incerta ſunt, ua-

ria, ambigua, ſuosq́; opifices illudentia, ob diuerſitatem propinquarum cauſarum. In ſanis igitur qui ratione præſeruationis medicamentum exhibendo, cœleſtes illos aſpectus animaduertere uoluerit, non aberrabit: qui contempſerit, nota dignus non erit. In ægrotis autem, acuto maximè morbo laborantibus, ubi ſi retardaueris, morbi incrementum metuendum, uel de ſalute ægri conclamatum fuerit, expedit media etiã nocte uenam incidere, ut Galenum in ſeruo quodam ſynocho laborante feciſſe conſtat 9. Meth. medendi. De Vbi, quo loco & quænam uena ſit ſecanda, ſub ratione καθόλȣ nihil hic diſputabimus, commodiſsimè id in cuiuſcunq; affectus particulari curatione examinabitur. Error tamen hic Chirurgorum abrogandus eſt, qui uenam exploraturi primùm frigido ex baccis populi unguento inungunt, quod potius ſanguinem ſua frigiditate condenſare & tegere, quàm ad uenam allicere poteſt. At ueteres rectius oleo tantùm membrum uenæ incidendæ irrigatum fricabant, ut eius tepore ſanguinem fluxilem redderent: hinc illi potius imitatione quàm ratione duce, inſtar ſimiarum, quibus nihil ipſi ſapientiores,

omnia

mnia citra rationis iudicium agunt. Porrò ic quoq; monere libet de diuaricatione hu-erariæ & axillaris in extremam manum, uius rami Practicis admodum familiares nt, quòd uidelicet cum duæ uenæ ab uno demq; ramo prodeant, eandemq; rectitu-inem fibrarum obtineant, fruſtra ſolliciti nt in ſecandis hiſce uenis diſcrimen obſer-ando: in affectibus uidelicet capitis, & alijs ui ſupra clauiculas & collum ſunt, hume-riam ſeu cephalicam ſecantes: in affecti-us inferioribus paulò, ut iecoris, axillarē ſeu ſilicā. Imò ſi uaſorum cauitatē ſpectemus ctumq;, cū axillaris maior ſit, rectaq; ma- à caudice feratur, citius per ipſam eua-atio quàm per alteram minorem & obli-è magis ductam fieri poterit, unde & ca-ti & alijs membris utilitas adueniat. Hoc atomia ipſemet deprehendi bis térue. In-rim tamen non nego, uarias in diuerſis eſſe uaricationes & ductus, eôq; minus diſcri-en in ſectionibus notatu dignum iudico. m certè quæ commodiſſima apparet ſecare hirurgū iubeo, effectum nihilominus opta-m uideo. Porrò in extrema quoque manu ulta uenarum diſcrimina ſtatuunt: cepha-

licam ſe ſecare arbitrantur, cum eam quæ in-tra pollicem & indicem conſiſtit aperiunt: axillarem uero, cum eam quæ intra annula-rem & minimũ uel medium eſt ſecant: cum tamen omnes hi ramuli mediæ uenæ propa-gines ſint, quæ quidem ſecandæ ſunt, quoties media uel reliquæ in cubito nõ apparuerint: aut cubitus natura imbecillus ſectionem n tulerit, aut uires ſectionem in cubito propte ſpirituum nimiam profuſionem non permi-ſerint. Reprehenſione tamen non carent Pra ctici, qui affectus lienis ſectione ſaluatell iuuari credũt, magis etiam quàm ipſius m dianæ in cubito, eamq́ conſulũt uiribus con ſtantibus, uenis apparentibus in cubito, nu lo affectu cubito laborante: æquè enim iuu ri non poſſe, duplici ratione probatur. un quia diſtantiores ſunt, quàm ferat uacuati affectarum partium: altera, quia paruæ u næ cum ſint, ſanguinem coaceruare craſſu non poſſunt, cuius inanitio in affectibus l nis potiſſimùm deſideratur. Propterea eti Galenum & Auicennã, dum harum ſecti nem commendant, ex aliorum potius ſe tentia locutos fuiſſe credibile eſt. Sic itaq uenæ ſectione digrediamur: de arterijs en

n

nihil eſt quod dici poſsit, ſiquidem nec Medici nec Chirurgi noſtri temporis earundem ſectionem aggrediantur, cum tamen in grauiſsimis quibuſdam affectibus maximo ſubſidio patientibus eſſet, ſicuti ſuo quoque loco monebimus.

SECTIO TERTIA:

DE CVCVRBITVLIS Scarificatis.

QVòd ſi uerò quãdoq; ſanguis quidem quantitate excedat, non tamen inſigni, ad ipſius euacuationem uel etiam reuulſionem, ſi motu, non tamen uehementer peccet, alio inſtrumento utimur, cucurbitulis uidelicet ſcarificatis: itaq; de iiſdem agendi nunc tempus eſt. In eorum autem uſu pauca ſunt quæ deſideramus: hoc tamẽ minus placet, quòd communiter iis omnes utuntur nõ euacuato toto, repugnante axiomate Medico, uniuerſalia particularibus præmittente. Diſpares autem authorum hac de re opiniones noui, quas tamen hîc referre præter inſtitutum eſſet. Vt tamen facilè quiuis ſeſe expedire poſsit, ſciendum, uerum quidem eſſe axioma illud, non tamen uniuerſale: permiſſa*

miſſæ namq; ſunt cucurbitulæ, quotieſcunq; ob uires & habitum corporis uenam ſecare nõ licuerit, nulla euacuatione præmiſſa uniuerſali, etiamſi in toto aliqua plenitudo reperiatur. Rationes diligẽter rem perpendenti facilè occurrent, breuitatis ſtudio pergamus ad alia.

SECTIO QVARTA:

DE HIRVDINIBVS, FRICTIOnibus, Ligaturis, Cucurbitulis non Scarificatis.

QVotieſcunq; autem cucurbitulæ commodè uel propter loci anguſtiam, uel propter ægrotantis timiditatem, uel aliam ob cauſam applicari non poſſunt, alio medio ſanguinem euacuamus, hirudinibus uidelicet, quarum uſus frequens fuit apud antiquos ob inſignes utilitates earundem: tutò enim hæ ſanguinem craſſum & Melancholicum uacuant, aliquanto etiam cum minori dolore, à remotioribus itẽ partibus, quàm cucurbitulæ: imò ſæpè in hæmorrhoidibus, etiamſi ſcalpello aperiantur, ſanguis ob craſſitiem non effluit, qui tamen attractionem hirudinum promptè ſequitur. Idem etiam in ſa-

in ſaphena, iſchiadica & uenis narium contingit. Omnibus igitur affectibus, qui ſæpè ob intermiſſionē huius medij diminutè curantur, optimè ſuccurrere poſſemus, ſi rectè præparatæ adhiberentur. Neq; hoc loco timendum eſt de frigiditate ab hirudinibus inducta: quia enim breui adhærent, uehementem inferre parti uiolentiam nequeūt: malignitas uerò ipſis hirudinibus detrahitur, ſi aſſeruentur ad tempus aliquod ante uſum in aqua limpida & pura. Profluuium ſi timeatur ſanguinis, ſi nulla, quod rarò accidit, ſiſti medicina poſſit, ſupereſt tamē ferrum candens, præſentiſſimum & certiſſimū medium. Pars igitur priſtini uigoris medicæ arti redderetur, ſi harum quoq; defectum Practici ſupplerent. Quid autem ad rectā earundem adminiſtrationem requiratur, petere licebit ex ſcriptis clariſſimorum uirorum; quorum pauci quidam plenè id & copiosè pertractarunt. Notum autem eſt, non ſolùm per manifeſtas illas ſectiones, ſcarificationes & hirudines ſanguinem uacuari, uerùm etiam per frictiones, ligaturas, cucurbitulas non ſcarificatas: licet enim non euacuatiuè, tamen reuulſiuè ex toto, uel deri-

uatiuè

uatiuè ex loco affecto: præterea per reuulſionem illam quoq; per ἀθεώρητον διαπνοὴν uacuatur & diſcutitur aliquid. Aſt quia nihil in his operationibus quod deſideretur occurrit, ad difficiliora pedem feremus.

SECTIO QVINTA: DE FONTICVLIS, Veſicatorijs.

REſtant autem duæ operationes Chirurgica, fonticuli uidelicet & ueſicatoria (Veſicatoria, quia à fonticulis ſaltem ratione maioris & minoris differunt, huc refero, licet alioquin inter attrahentia, uacuantia, diuertentia quoq; numerari poſſent) quæ ſæpius, ubi omnia alia medicamenta fruſtranea atq; irrita fuêre ægris, iam quaſi deſperatis inopinatam attulere ſalutem. Nihilominus tamen ita delicati ſunt noſtri Germani, ut momentaneum hunc atq; leuem dolorem ſuſtinere ob ſanitatem recuperandam pertimeſcant. Licet itaq; etiam Medici conſcij huius mollitiei his præſidijs apud nos rarò utantur, tamen quid in eorum uſu delinquatur quoq; referendum, cum unica operatio ſiniſtrè adhibita & patienti malum grauiſſimum

uiſsimum creare, plurimasq́ Practici fœliciſſimas curationes obfuſcare queat. Adhibenda autem ſunt hæc præſidia, quotieſcunq; materia morbifica uehemens eſt, tum ratione eſſentiæ, quantitatis, qualitatis, motus, loci, & locum habent tum in acutiſsimis, tum in diuturnis affectibus. Ratione eſſentiæ intelligendum eſt uitium materiæ maligna & uenenata aliqua qualitate non manifeſta infectæ, ut in morſibus à cane rabido uenenatóue alio animali, in exanthematibus febriũ malignarum, in partibus uenenum ad cerebrum tranſmittentibus, atque paroxiſmum epilepticum excitantibus, & alijs: ratione quantitatis, ſi in maxima copia impetu magno in partem aliquam feratur, tumorẽ cum ulcere cacoëthe excitet, ubi ſimul peccatum ratione motus concurrit, quod tamen periculoſius eſt uitium, ſi moueatur in nobilem partem, ex cerebro in cor, pulmones, thoracem, ubi ſubita ſuffocatio imminet, ut diſcutientibus uehementioribus etiam non cedat: ratione loci, quando ita in penitioribus locis recondita & impacta eſt, ut alijs medijs euocari non poſsit. Hinc uidere eſt, cur circumforanei illi, nugiuendæ, agyrtæ, impoſtores, quandoq;

quandoq; affectum ab alijs ueris medicis derelictum caſu curent. Practici in affectibus eiuſmodi, ut decet, uniuerſalia præmittunt, topica quoque idonea adminiſtrant; quæ ſi non ſufficiant, ad eiuſmodi magna præſidia rarò accedunt, non ſuæ ignorantiæ culpâ, ſed peruerſorum minimeq; obſequentium ægrotantium, qui ſæpe prudenti atq; erudito Medico, antequam Methodicam ſuam curationem abſoluat, ualedicunt, ad eiuſmodi imperitos Barbitonſores confugiunt, qui horum præſidiorum adminiſtrationem utiliter ceſsiſſe Medico bis uel ſemel tantùm uiderunt, hoc nixi mox quoque perſuadent hominibus (plus enim apud imperitum maximè uulgus impoſtoribus eiuſmodi fidei tribuitur, quàm ueris Medicis) & ineffabili quadam tyrannide cum ſumma peruerſione totius artis Medicæ, parentibus antiquis, ſi rediuiui darentur, non cognoſcendæ, in ſanctiſsima Dei templa corpora hominũ ſcyticè ſecando, urendo, perforando graſſantur, idq; feliciter, rarò tamen, cedit, ſi uidelicet eiuſmodi, à Medici dogmatici uniuerſali ſtatim curatione, ſuo modo & ordine aggrediantur: quem cum omnes ferè ignorẽt, ſæpè

nullo

nullo alio auxilio præmiſſo tentant, ſpectacula efficiunt talia, quæ meritò ægrotantes ab eiuſmodi beſtijs abſterrere, Medicos autem ad rectum & tempeſtiuum horum præſidiorum uſum excitare deberent. Ad eum namq; licet interdum accedant, tamen alij circa ipſum Quid falluntur, uel ſolummodò in calidis, uel in frigidis tantùm humoribus uel euacuationis, uel deriuationis gratia adhibentes: alij circa materiam, ut ſi quando uſu Cantharidum ueſicæ & ureterum exulcerationes inducunt, malum malo addentes: alij circa Quando, Vbi, &c. alij auaritiæ & gloriæ ſtimulis excitati, ſæpenumerò officijs ſuis abutuntur, ſecantes, urentes, extrahentes, ubi nec ſectione, uſtione, aut extractione opus eſt: quod in particularibus curationibus ſpeciatim explicare commodius nobis uidetur. Euitandæ ergò confuſionis gratia, nihil hoc loco de Cauterio in occipitio, ſetaceo, thoracis abdominis perforatione, crurum ſcarificatione, & alijs operationibus, quæ certis potius affectibus accommodatæ ſunt, quàm quòd uniuerſum habitũ corporis reſpiciant, ulterius dicemus: relictis inſtrumentis Chirurgicis, finem huic libro imponemus, & ad

tertium atq; ultimum, Pharmaceuticum nimirum præſidium tranſibimus.

LIBRI TERTII
SECTIO PRIMA:
DE PHARMACEVTICO Præſidio.

V*Arijs morborum generibus ac differentijs uarijs quoq; præſidijs occurrendum: quandoque ergo & utplurimùm ad pharmaceuticum quoq; deueniendum, quod paulò latiores digreſsiones habet prioribus duobus: quia quilibet affectus certum ſibi oppoſitum remedium, quæuis cauſa præſeruatiuum, quæuis facultas conſeruatiuum habet. Si itaq; nos quoq; paulò diutius in hoc immorati fuerimus, ueniam à lectore dari petimus. Quia autem ingens inter Medicos longo iam tempore controuerſia durauit de modo & ordine utendi hiſce duobus præſidijs, Chirurgico, uenæ ſectione uidelicet, & Pharmaceutico, nimirum purgatione, quódnam horum priori uel poſteriori loco adminiſtrandum, & utrum ſemper coniun-*

genda

*nda ſint nécne, dum quidam ſimpliciter
næ ſectionem, quidam ſimpliciter purga-
onem & ſemper præmittunt, quidam uno
entes, alterum ſemper quoq; ſubiungunt,
ucis eam determinare pro ingenij uiribus
n exiguum ad πρᾶξιν momentum allatu-
m iudicauimus. Principiò igitur notandũ,
quaquã hic nos ſermonem habere de hu-
oribus in prima inferioris uentris regione
ntentis (humores enim hi, quandocunque
eſentes fuerint, ſemper uel leui pharmaco,
l clyſteri educendi ſunt) ſed loquimur de
ochymia cum plethora coniũcta. Cum au-
n hac de materia integri etiam libri con-
ipti ſint, aliorum rationes & argumenta
uitatis ſtudio non examinabimus, ſed ex
ctrina Galeni Methodica quod res eſt pro-
nciabimus, litis huius dirimendæ gratia.
autem certas agendi indicationes habea-
s, accurata inſtituẽda eſt comparatio ca-
hymiæ & plenitudinis: ſemper enim quod
gis à naturali ſtatu recedens urget, uiri-
s permittentibus primò eſt aggrediendum.
taq; plenitudo ſuperauerit, uenam prius
idendã ſuademus: ſi uerò cacochymia ma-
fuerit, omnino purgans præmittimus, &*

poſtea, ſi plenitudo per inſibilem tranſpira-tionem diſcuti nequit, aliquid ſanguinis per uenæ ſectionem detrahimus: ſin autem æqualia fuerint, ſimiliter uenam prius incidimus: non quidem aliam ob cauſam, quam quò releuata fœlicius dein natura exhibito pharmaco reliquos humores expurgat: ſin unum dictorum ſolummodò adfuerit, unum quo-praeſidium tantùm adminiſtrandũ: tantùm enim quod præſens eſt indicat. Quæ breuiter noſtra eſt ſententia. Supereſt nunc, ut ordine omnia præſidia pharmaceutica perſtrin-gamus.

SECTIO SECVNDA:

DE DISTRIBVTIONE Pharmac. præſidij.

IN *huius autem libri initio dictum e[st] quemuis affectum certum & determina-tum medicamenti genus habere: quot en[im] morborum, cauſarum, facultatum, tot & me-dicamentorum genera erunt. Hinc quæd[am] indicata à morbo, & uel intemperie ſimpli-ci, erunt alterantia: uel ab intemperie cu[m] materia, quæ utplurimum habet ration[em] cauſæ peccantis ſubſtantia, & erunt era-*

cant[...]

antia, euacuantia: uel quantitate, minuentia, euacuantia: uel qualitate ſecunda, craſsitie, lentore, uiſciditate, tenuitate, attenuantia, detergentia, incraſſantia: obſtruente, aperientia: uel peccante motu, aſtringentia, repellentia, intercipientia: uel quiete, attrahentia, relaxantia, emollientia, reſoluentia: uel à mala compoſitione, & ſunt indicata per dictas cauſas (quæ aliter ſe habent, uel inutilia ſunt, uel requirunt operationes Chirurgicas particulares, de quibus in particularium morborum examine:) vel à ſoluta unitate ſimplici, uel cum alijs, ut deperditione ſubſtantiæ, excrementis, uel etiam excretione ſubſtantiæ, &c. coniuncta, ut ſuppurantia, extergentia, carnem generantia, agglutinantia, cicatricem inducentia: vel denique à uirtute, temperamento naturali, compoſitione, unitate, ſpiritibus, humoribus, ut conſeruantia, corroborantia. Hæc omnia perſpicaci Indicationum ordine & doctrina ſeſe conſequentia, eâdem quoq; percurremus.

 SECTIO

SECTIO TERTIA:

DE ALTERANTIBVS, ATTEnuantibus, incraſſantibus, detergentibus, aperientibus.

PRimo loco ſeſe nobis offerunt alterantia. De quidditate autem huius remedij nulla ſeſe offert querela: hebetis namq; ingenij Medicum eſſe oporteret, qui intemperie ſimplici uel compoſita præſente, alterãtibus contrarijs uti dubitaret. Quia tamen aliqua κατὰ δόξαν ratiocinatio dyſcraſiæ compoſitæ compoſitum opponendi diſſuadere uidetur, ea paucis diluenda. Vereri poſſet quiſpiam, ne dum frigido & humido calidum & ſiccum opponat, ſiccitas iuſto maior inducatur duobus ſiccantibus, calido & ſicco. At calor per ſe non agit in humidum, ſed in frigidum: humidum quidem ὑλικῶς exiſtens in parte conſumit, in eius autem formam & qualitatem non agit, cum ei non aduerſetur contrariè: inter cõtraria autem ſola eſt actio & paſſio. Siccum itaq;, quod humidũ per ſe expellit, admiſcendum eſt: nec una qualitas ſimplex compoſitã corporis dyſcraſiã expugnare poteſt.

eſt, alioquin contrariorũ formæ perimerentur. Firma ergo hæc de alterantium indicatione ſententia noſtra manet. In uſu autem eorundem plurimum delinquitur, & maximè circa Quantum & Quando. Quoad gradum, quãprimùm intemperies occurrit, magna pars Practicorum alterantibus indifferenter procedit, non conſiderato intemperiei gradu. At ſicuti ſimplicia à Galeno ſecundum quatuor gradus diſtinguũtur, ita etiam intemperies in corpore uel ſunt remiſſæ, uel intenſæ: ſemper ergo medicamenta æquali gradu opponantur: nec ſi, ex.gr. calida ſubeſt intemperies, ſtatim utamur nymphæa, lactuca, ſolano, &c. non enim ſufficit, quod illis frigidis efficitur, intemperiem aufferre, ſed cauendum ne cõtraria inducatur. Nec eſt quod inferas, inter æqualia non eſſe actionem, ex libris Phyſ. propterea gradum intemperiei oppoſitum intenſiorem eſſe debere: uerum enim eſt antecedens, at nequaquam conſequens: quia inter æqualia contraria actionem eſſe multis probari poteſt: præterea phyſicum illud de aſsimilatione, & non de refractione & diductione ad mediocritatem intelligendum eſt. At concedas actionem eſſe

*inter contraria æqualia: inſtabis autē, æqua-
les frigoris gradus, gradibus intemperiei ca-
lidæ oppoſitos, eoſdem partem aliquam occu-
pantes expugnare non poſſe, quoniam authe-
ribus phyſicis longè calor quàm frigus ſa-
ctuoſior, hocq́; maximè ignauum exiſta-
unde etiam frigus ad calorem collatum ma-
teriæ, calor formæ proportione reſpondeat, u-
uiſum fuerit Cardano ipſum frigus per ſ-
ἐνδεῶς non eſſe, & ſpeciem qualitatis ad agē-
dum efficacem. Verum quidem reſpōdemus
frigoris in alijs mixtis corporibus nō tantam
eſſe efficaciam: ſi autem hæ duæ qualitate
inter ſe conferantur, æqualiter ſunt ἐνεργη-
τικαὶ, inter illasq́; pugna anceps exiſtit, u-
aliàs calor, aliàs frigus uincat, quæ eſt contra-
riorum natura. Pares itaq; uires aſcribimu-
frigori ratione graduum, frigus item ceu au-
xiliarem militem habet calorem natiuum.
autem non adeò exquiſitè gradum deprehe-
dere poßimus, quid tum? ſubſiſtamus pau-
infrà: quod non una, altera tamen uice effi-
poteſt. Hæc autem omnia de gradu ſuum u-
lorem habent, ubi indicans fuerit electum e-
toto: minus, ſi ſaltem ex parte: ut in febri a-
dentißima in ſenili corpore uirtus æqua-
refrigeran-*

efrigerans prohibet: ſic quarto gradu calida ſυσκεχσία parti alicui affectæ opponere remedium contraria qualitate & gradu, uidelicet refrigerans 4. gradu, quo gangræna & mortificatio parti induceretur, uirtus quæ nõ ſui deſtructionem, ſed conſeruationem indicat, prohibet. Hanc autem graduũ æqualem contrarietatem qui ſcrupuloſius conſiderant, ſcio etiamſi indicans electum ſit ex toto, ualidioribus utendum eſſe contendent, ſi pars affecta non in ſuperficie, ſed in profundioribus corporis partibus ſita ſit: ut enim ferrum, ita etiam medicamentum, dum agit, & ſolidiora corpora penetrat, obtunditur. Vera hi dicunt, nobis tamen non contraria. Nos enim in Method. curandi conſideramus medicamentum quatenus agere debet, nõ quatenus aſſumitur, aut applicatur. Quoad curationẽ ergo, ſemper æquale debet eſſe affectui: ſi autem uis eius ob tranſitum intendatur, id fit methodo ſimplicium, & methodo componendi medicamẽta, nec euertit noſtrum dogma: donec enim perueniat ad effectam ſedem, æqualitatem, & non exuperantiam obtinebit. Et hæc de quantitate. Ad Quando quod attinet, æquè pernitioſum erratum eſt, quòd

D 5 multi

multi Practicorum ita purgãtibus perpetuò, & nonnulli certis quibuſdam ſecretis magna ex parte calidioribus adhærent, eaq́ in ſumma ſemper omnibus curationibus præmittũt: adſit iam intemperies cum uel ſine materia: quoq; urgeat intemperies, perſuadent ſibi ali quali educta materia officio ſe ſatisfeciſſe ſæpè materiam intempeſtiuè excitant: ſæp etiam educũt, at medicamentis uiſcerum in temperiem augent, quæ mox morbum uehe mentiorem reddit, materiam regenerat: fa ciunt & id in febribus calidioribus, ubi le niente temperato exhibito, alterantibus po tius eſſet agendum: ijs namq; ita feliciter ma teria contemperaretur, uiſcera corroboraren tur, ut criticè ſalutariter ſua ſponte materi morbificam expellerent, ubi contrà morbu diuturnus & duplicatus non rarò pro ſim plici tertiana duplex efficitur. Et quæ de alt rantibus dicuntur, quoq; de attenuantibu incraſſantibus, detergentibus, aperientibu intelligẽda ſunt. Quis enim negabit, quan primùm aliqui Practicorum conſulantu mox in principio ſtatim, uix cognito morb maſſas pilularum præſcribi, interdum max mis torminibus, etiam animi deliquijs, na

ſe

*ſea, dolore capitis, uertigine, pectoris angu-
ſtia, alijsq́ ſymptomatibus commoueri, non-
nunquam excerni parum, reſiduum in par-
tem principem moueri, in eadem impingi, uel
abſceſſum in parte aliqua externa generari,
ex nimia commotione impetuq́ humorum
in inteſtina grauiſſimas dyſſenterias excita-
ri, ubi tum pharmaco, quicquid id ſit, non ri-
te præparato aſcribitur, patiens de inconue-
nienti aſſumptione accuſatur, omnisq́ gene-
ris effugia accumulantur, cum tamen omnis
in Medici incuria reſideat culpa. Econtra-
riò quidam Practici, ut cauti atq́ prudentes
uideantur, in omni adminiſtratione medica-
mentorum ſyrupos & decocta præſcribunt,
præparandam materiam prætendūt, etiamſi
in motu ſit, ſicq́ occaſionem expurgandi com-
modam negligunt, expectant intantum do-
nec materia impetu abſque omni regimine
magno patientis detrimento huc atq́ illuc in
corpore feratur. Optandum itaq́ eſſet, ut om-
nes Practici paulo altius expenderēt, quàm
nobile ſubiectum tractandum habeant, præ-
ſtantiſſimum uidelicet, ad imaginem Dei cō-
ditum: ſic enim non fortefortuna proq́ con-
ſuetudine curationes inſtituerent, ſed infal-*

libilem

libilem indicationum doctrinam ſequentes, pro materiæ neceſsitate modò ante purgationes prępararent, modò abſq; omni præparatione expurgarent. De attenuantibus autem, aperientibus, & alijs, plura in particularibus præſidijs: iamq́; de euacuantibus, quæ in ordine ad alterantia & præparantia conſequuntur, agendum.

SECTIO QVARTA:

DE PVRGANTIBVS.

EXtra controuerſiam eſt, indicari purgationem, quotieſcunq; materia uel ſubſtantia, uel quantitate peccans redundauerit. Et in genere, quoad quidditatem huius præſidij, grauiter rudem Medicum eſſe oporteret, qui præſente materia morbifica indicante euacuationem, eandem tentandam uiribus permittentibus ignoraret. Si ergo materia ſubſtãtia peccet, ea eradicanda ſiue per alexipharmacum, ſiue per uacuans: ſemper tamen fugienda uacuatio ad deliquium uſque animi: id enim quantum faceſſat negotij nobis, ſi quando ob humorum acrimoniam aut malignum uaporem accidat, ſatis ipſa teſtatur experientia. Sin quantitate ſolùm peccet, minuen

minuente uacuante educendam facilè quiuis colligere poteſt. Quoad uarias autem uacuationum differentias, & rectum earundẽ uſum; ea omnia conſideranda ueniunt, quæ optimus noſter ſenex Hippocrates & Galenus præceperunt primo & ſecundo Aphoriſmorum, parte tertia, & in lib. de purgantibus medicamentis, ſecundo libro de fracturis, 4 lib. de articulis, 2. de ratione uictus acutorum, lib. Quos quibúsue medicamentis quo tempore purgare oportet. Hæc ſi diligens Medicus cum Methodo Galeni comparauerit, pulcherrimam harmoniam uidebit, nec facilè aberrare poterit in adminiſtratione huius præſidij. At cum magna pars obiter ſaltem ea trutinans craſsiorique Minerua peruagetur, ex uno atque altero loco determinati quid indicare conetur, mirum non eſt, ſi indies maximè facientes medicinam hoc in propoſito negotio cum magno ægrotantium detrimento diſſentiant, artemque hac ſua diſſenſione incertam atque cõtemptam efficiant. Eam enim quid incertitudinis atque inconſtantiæ magis arguere poteſt, quàm Medicorum tam contraria decreta? ægrotantibus uerò quid noxium magis dici aut excogitari poteſt,

poteſt, quàm circa ualidorum remediorum uſum Medicos aberrare? Quod uitare quis ut addiſcat, quantum meo iudicio aſſequi potero, hac in parte Practicorum errores detegam; omniumq́; euacuationum uniuerſalium, quæ pro uaria materiæ ſubſiſtentia uel per imum uentrem, uel per ueſicam; uel per os, uel per poros cutis & habitum corporis fiunt; Quid, Quando, Quomodo, Quantum examinabimus: de Vbi hoc ſolum monentes; quòd cuiq; indicet ſubſiſtentia materiæ, & connexio partium inter ſe; ita ut qui anatomicam habent cognitionem, haud facilè aberrare poßint: quidam tamen ſtrictè indicationem à materiæ ſubſiſtentia obſeruando, ſemper per loca indicata purgantes, neglectis prohibentibus, partium uidelicet conſtitutione; maximum ſæpe damnum patienti afferunt. Vt enim de alijs non dicam; ſunt ex hominibus complures, qui ad certam uacuationem, utpote ob partis naturam difficilimè eam tolerantes, etſi commodior ſit, cogendi non ſunt, ſed ad eam quam ipſi expetunt, & quam ſibi commodam eſſe nouerunt. Ad Quando quod attinet, quidam in morborum principijs nunquam purgant, niſi humores

turgeant

*urgeant: quorũ inſcitiæ & ſimplicitati ora-
ulum Hippocraticum, Non niſi concocta me-
icanda, &c. ſæpè patrocinari cogitur, & fal-
 interpretatione auxilium naturæ, quod à
Medico debebatur, doloſum euadit. hinc
eſtituta natura ſola certaminis diſcrimen
bit: ſi labaſcit uicta, ſuperbo decreto deplo-
ta pronunciatur: ſi uerò uictoriæ & ſalutis
na profert, infidi auxiliatores illi criſtas
igunt, ſe euentuum fœlicitatem præuidiſſe,
 opportuna electuariorum & pilularum
mpora expectaſſe iactitant. Alij quam mi-
ratiuam uocãt purgatione ſemper in prin-
io utuntur. Quarum opinionum neutrã
ecisè uel ueram, uel falſam, ex indicatio-
us patet: tum enim euacuandum, quando
eſens eſt materia ad euacuationem diſpoſi-
ita ut patiens ex uacuatione iuuari poſ-
talis nonnunquam eſt in principio lata ſi-
ficatione ſumpto, nonnũquam & utplu-
ùm in fine augmenti, item in ſtatu & de-
atione, ſi nimirum imperfectè natura ex-
get. Vt autem clarior hæc doctrina eua-
 in principio, ſiue curationis, ſiue præſer-
ionis gratia, leuiori aliquo medicamento
rior uenter ſubducendus, ſi in eo aliqua
materia*

materia exuperans reperiatur, ut medica-menta conſequentia ui ſua penetrare faci-lius, atq; in remotiorem materiam operar-poſsint. Vel ſi materia turgeat, hoc eſt, uehe-menter peccet uel ratione qualitatis, uel mo-tus, tum non electiuum, ſed minoratiuum exhibendum: ſiue ratione quantitatis, ut i-acutis plerunque, tum per noſtra benedict-aliquantum intenſiora materia educend-quibus quia antiquitas carebat, propter-adeò ſtrictè inter initia purgationes proh-buerunt: contrà autem blanda purgation-quæ ferè in omnibus morbi temporibus l-cum habet, frequenter uſus fuit Hippocr-tes. libro enim de natura muliebri primo, f-minas utero affectas iubet mercuriali pu-gari: in hiſtoria item filij Cydis lib. 7. Epi-hæc refert uerba: Sexta die alui egeſtio à m-curiali, calor & dolor ceſſaſſe uidebantur. eodem in loco in hiſtoria Andreæ lib. 1: ao-torum, text. 45. Ita ut & ueterum autho-tas huic noſtræ ſententiæ non repugnet: p-ptereà omnia hæc de uniuerſalibus tempo-bus firma ac rata habeantur. Quoad par-cularia, acceſsiones, paroxyſmos & cri-morborum, neq; indicat, neq; prohibent p-gatione-

gationem: errant propterea quoq;, qui nunquam die paroxyſmi aut critica purgandũ autumant. Denique ad horam ipſam exhibendi pharmacum, importunè nonnulli à cœna purgantia exhibent: quia eadem quæ ſupra ex intempeſtiuo uinorum medicatorum uſu accidere oſtendimus, incommoda quoque hic conſequuntur. ne quis itaque facilè ex una atque altera ueterum ſententia ſiniſtrè intellecta, aut ab alijs expoſita, in eam pertrahi ſe opinionem patiatur, ſed potius diei naturalis hora matutina (quam ueteres innuerunt ſuo Longè à cœna) abſoluta concoctione exhibeat pharmacum, hoc diſcrimine; ut fortiora quinque, mediocria quatuor tribúsue, lenientia unica, lubricantia omnino nullam purgandi uim habentia prima menſa præbeantur: quam ex toto rationi conſentaneam ſententiam ſtudio breuitatis copioſius hic non deducemus. Ad aſtra quod attinet, ſuprà de Venæ ſectione noſtram ſententiam declarauimus: quibus addimus, quòd ſi fieri poßit, non urgente admodum uel morbo, uel cauſa, ortus & coniunctiones quorundam obſeruemus, præciquè Lunam, Arcturum cum Sole, Pleiades

cum Sole, Aequinoctia, Solſtitia, Caniculam, Nouilunium, Plenilunium, Quadrata: quia iſta magnas mutationes efficiunt, ideoq́ etiam ab Hippocrate noſtro animaduerſa ſunt. De reliquo non decet, nec etiam utile eſt, Medicum per puncta aſtronomica curare. Hæc de Quando. Circa Quantum, cum id nec dici, nec ſcribi, nec ſciri poßit, grauißimè quoque peccatur, non ſolùm ab Empiricis, qui pharmaca ſua fortißima in quocunque materia exceſſu audacter & impunè etiam maxima pernicie hominibus blanditijs ſui & nugis infundunt; uerùm etiam à Dogmaticis, quorum non pauci temerè ſæpius, non probè cognita ægrotantis natura, alijsq́ requiſitis nō exploratis, animi deliquium acti producunt, quaſi uitam cum humoribus expurgant: alij timidè nimis ob inſcitiam procedentes, ſemper à lenioribus auſpicandum clamitant, blandè qualemcunque materiam aggrediuntur, duos tréſue hauſtus, quorum neuter ob imperfectionem & debilitatem in actum producitur, exhibent, præterquam quòd non iuuant, occaſionem materiæ morbificæ reſiſtendi negligunt, nauſeam ægrotanti & faſtidium omnium Medicorum pa-

rium

iunt. Diligenter itaq; quiſq; Medicus ma-
num hoc opus expendat. Si namq; proſperè
dat, exoptatam ſæpiſſimè hoc ſolum parit
initatem: ſin minus, maxima incommoda
ffert. Tutiſſimè autem procedes, ſi exquiſitè
gnis certis receſſum materiæ à naturali ſta-
paruum, mediocrem, uehemẽtem, uirium
corporis conſtitutionem rimatus fueris:
enim artificioſa coniectura quantitatem
ſequi & audacter metiri poteris. Si autem
ſcurior quantitas ſit materiæ, & natura
rporis non penitus cognita & perſpecta,
quid experiri coactus fueris, leui id fa-
s, ne fiat in re ancipiti grauis iactura. Cir-
modum Quomodo, qua forma medica-
ntum exhibendum, uel lippis quoque &
ſoribus notum, Medicos quoq; uulgi opi-
ne præcellentes atque ſingulari eruditio-
certa habere arcana & ſecreta experi-
nta, quæ ipſimet, ne ars ipſorum propale-
, priuatim in ſuis ædibus magno labore
impenſis præparant, hic in forma pilula-
, ille in potionis, extracti, electuarij aut
fectionis tabulatæ, quam certo certius
que omni reſpectu materiæ uel facile uel
ficulter actionem medicamenti recipien-

tis exhibent, contra omnem rationem. Si enim adſit materia ex remotioribus partibu uacuanda, ſitq́ ſatis copioſa & contumax medicamento id tentandum formato, ut di in uentriculo immorando rectè operationem ſuam exercere poſsit, forma uidelicet pilulari: ſin ex uicinis partibus facilis ſit ad edu ctionem materia, id potione: ſin medio mo do, forma electuarij aut extracti præstab tur. tribuendum tamen quoq; aliquid eſt a ſpoſitioni ægrotantis: ita enim quidam ſu affecti, ut ſi certiſsima mors ipſorum ceruii bus immineret, hac tamē uel illa forma m dicamentum aſſumere non poſſent. Quæ p rò de mixtione & compoſitione medicame torum dici poſſent, non huc, ſed potius ad d ctrinam componendi medicamenta refe tur: itaque ad alias uacuationum ſpecies materias pergamus. Euacuamus quoque alnum fomentis & inunctionibus circa gionem umbilici, item odoramentis: at quia minus uſitatum eſt, etiam hinc tranſibimus.

SECT

SECTIO QVINTA:

DE SVPPOSITORIIS, Clyſterijs.

EAdem etiam tentatur uacuatio Suppo-ſitorijs, quorum uſus cum & muliercu-s notus ſit, tanti momenti non eſt, ut ijſdem mpus perdamus: ſimiliter & Clyſterijs, quæ um maximam in difficilimis ſæpè caſibus ilitatem præſtent, paulò altius de ijs quæ-um repetenda. Nam licet uix ullum in arte edica tutius, utilius, mitius ac benignius æſidium inuentum ſit, adeò tamen ex im-rtuno eiuſdem uſu Germanis potiſsimùm ſpectum redditum eſt, ut omnes ferè ad entionem eiuſdem contremiſcant: quia e-m Medici quidam ſæpius ut ſors tulit ad c confugêre in deſperatis caſibus abſq; fru-u, aut etiam patientes in extremis ea de-um admisêre, ubi ſerò nimis medicina pa-tur, aut accidentia alia eorum uſum uel uſum potius conſecuta ſunt, eam concepê-opinionem noſtrates, ſi quando adhibean-r clyſteria, de uita hominis actum eſſe: ſiq; ximè Medicus peritus ad lenienda alui obſtructione aut inteſtinorum ulceratio-

ne tormina aut calculi cruciatus aluum cly-ſteri eluendam ſuaſerit, pedibus manibusq́; reſiſtunt, Medicum quoque ipſum, qui de ijs uel murmurat ſaltem, ablegant, alium uo-cant, qui non Medicum, ſed ſycophantam aſſentatorem agẽs, miris blanditijs ægro ſub-ſcribit, ut ſe ipſi inſinuet, ſaluberrimum ane-matum uſum, ueluti paralyſeos, quæ tormi-num eſt pediſſequa, cauſam infamat, alij medijs uanam patienti ſalutis ſpem facit. V ergo & hoc præſidium eò libentius ab ægro-tantibus admittatur, & à Practicis prob administretur, non ſolùm de uacuantibus ſed etiam de alijs, quia ſic fert occaſio, hoc lo-co quæ deſideramus, referemus. Pro uaria in-dicatione ad uarios uſus ea componere po-ſumus, ad uacuandum, aſtringendum, fla-tus diſcutiendos, dolores mitigandos, lauan-dum, abſtergendum, exiccandum, carne generandum, cicatrizandum, nutriendum Indicatur autem hoc præſidium, quoties u in toto materia eſt reuellenda, uel ex inferi-ri regione uacuanda, uel inteſtinorum i-temperies alteranda, fluxus ſiſtendus eoru-dem, ut & renum & ueſicæ dolor mitiga-dus, exulcerans materia in inteſtinis exto-

gena

enda, exulcerata inteſtina conſolidanda, orpúsue nutriendum eſt. Hiſce ſcopis præſentibus, peccant quidam Medici circa Quanto, indulgentes nimium patienti, omnisq́ generis præſidia tentantes, frustra patientem diuexantes, uſque dum uires proſternantur, morbus exacerbetur, ita ut ſi poſtmodũ quoque clyſteria optima forma & modo adminiſtrentur, nihil amplius efficiatur, ſic ut & ſilus ægrotantis, authoritas Medici & Medicinæ periclitetur. Siquidem igitur occaſio præceps, idq́ indicatur, dum uires adhuc conſtant, uel efficiendum, uel patienti renunciãdum: ita enim obedire aſſueſcent ægrotantes, Medicinæq́ uigor conſeruabitur. Porrò in euacuantibus, quibus naturã ſegnem & eiuſdem ſenſum obtuſum ad expulſionem irritare conamur, non parum delinquitur, dum pingue aut oleoſum aliquod, ſicut uulgatiſſimum eſt, miſcetur: ſiquidem ijſdem retundimus & frænamus acrium medicamentorum uim, nec quod intendimus aſſequimur. hac itaque cautione admiſceantur, ſi ſimul obliniendi atque emolliendi neceſſitas ſubſit. In euellentium acrium Clyſterium uſu hic deprehenditur error, quòd urgentibus morbis

acutis ita perturbantur ſuccurrendi auidi-tate non pauci Medici, ut ea adhibeant non habito reſpectu caloris febris ardentis, non conſideratis membris uicinis, uentriculo, hepate, utero, ueſica, ſicq́ febrim augent aliaq́ ſymptomata, non rarò animi defectionem inducunt. nam, ut quoque Galen. libro 1. ad Glauconem, c. 14. teſtatur, acria Clyſteria diſſoluunt ſpiritus, ob idq́ labefactant membra principalia, hepar & alias partes: ho ſanè aſtantes adeò, nec immeritò terret, u dein nullo modo Clyſteria quoque leuiſſim & tutiſſima approbent. In lenientibus quoq & lubricantibus Clyſterijs, licet plurim conferant, tamen non omnibus, propter cautos quoque Practicos eſſe decet: eoru namque nidore nonnunquam fœminaru uterus commoueri ſolet, uiris nonnullis gra ueolentia caput tentant, alijs os uentricu afficiunt, quibuſdam ſpiritus & humor corrumpunt: ideoq́ principes noſtri, Hipp crates & Galenus, hæc & ſimilia uerent ſemperq́ eas operationes, quæ cum min noxa coniunctæ ſunt, reſpicientes, magna parte ſaltem uſi ſunt mulſa & oleo. Ha itaque ueterum ſapientum iſtorum profeſſ

in

rum prouidentiam quiuis in administratione medicamentorum imitari ſtudeat. In aſtringentibus circa Quando comprimendo partem quam contingunt, materiam medicamento uel uacuante uel abluente prius tollendam in partem affectam repellunt & impingunt, cauſam morbi augent: aridis & ſiccantibus maiores dolores excitant, eorum aſperitatem nõ contemperantes, uel frequentiam moderantes. In anodynis, & quidem in materia craſſa flatulenta carminantibus flatus copioſiores producunt, unde maior inteſtinorum diſtentio, maior dolor. In narcoticis dolores capitis ſæpe concitant, expultricem omninò extinguũt. In conſolidantibus, oleoſis & pinguibus curationem impediunt. Nihil itaq; mirum, etiamſi in tot erroribus, circa huius præſidij uſum contingentibus, maximè quiuis ab eodem abhorreat. Cum itaq; omnia & ſingula expoſita errata non ſolùm morborum incrementum, ſed quandoq; etiam uitæ periculum inferant, Medicus non niſi diligenti præmeditatione omnium indicantium et prohibentium, hoc præſidium adminiſtret. In anodynis maximè copiam euitet: ex ea enim compreſſio & dolor augetur:

 uacuan-

vacuantium nimiam frequentiam declinet, hæc enim ſegnia inteſtina proprijq́ muneris negligentia facit, ante debitum tempus cibum è uentriculo & meſaraicis detrahit, hominemq́ nutritione priuat. His & ſimilibus perſpectis uires quoque & totius & ſingularum partium conſiderandæ ſunt, ne minimum offendatur, ut ſuprà fieri comprobatū eſt. De Nutrientibus Clyſterijs ſanè nō ignoro plurimos in ea eſſe opinione, quòd per ea nullo modo nutritio fieri poſſit, quia cibus iniectus non perueniat ad uentriculum: tamē, licet nullum unquam ægrotantem hoc pacto nutriuerim, ex euaporationibus quæ in uniuerſum corpus diſtribuuntur, ſicuti ſpiritus animales ab odoribus, ita naturales, ſi non nutriri, refici tamen credo: propterea uiribus collabētibus, ſublataq́ deglutione, omninò reſtaurationem earum hoc modo tentandam conſulo. Satius enim eſt in caſibus deſperatis anceps remedium, quàm nullum. Quo etiam Clyſt. tractatum concludimus.

SECTI

SECTIO SEXTA:

DE VOMITORIIS.

Quòd ſi uerò materia aliqua ſuperflua in uentriculi cauitate, in eiuſdem tunicis, in præcordiorum membranis, in cauo iecinoris, lienis, in pancrate hæreat, difficilimè uel hiera uel alio uehementiſsimo in aluum turbari poteſt, ob ductus uiarum longè expeditiores in uentriculum quàm aluum: materia igitur illa per uomitum indicatur euacuanda, modò reuellenda, modò deriuanda, pro diuerſo eiuſdem uitio. In uſu quidem leniorum rarò errare quempiam contingit: ualidiora autem aut nuſquam, aut cum prædictione & conſideratione prohibentium (qualia eſſe conſtat affectum alicuius partis uicinæ, indiſpoſitionem ægrotantis) adminiſtranda. Quod minimè conſiderantes Pſeudoparacelſiſtæ, antimonij non ritè præparati granis quinq; uel ſex uomitum immoderatè cum muneroſa ſymptomatum feritate excitant, ſæpè maligna eius qualitate poſt pernicioſos tumultus mortem præcipitem accelerant. Non excuſat ipſos Hippocrates, quòd frequenter helleboro alijsq; uehemen-

tioribus

tioribus uſus eſt: ea enim ipſe pro corporum diſpoſitione, qualis tum erat, & affectuum natura moderauit. Ad reliquas uacuationum differentias accedamus.

SECTIO SEPTIMA: DE DIVRETICIS.

NOn autem omnis affectus ſeu diſpoſitio præter naturam per ſeceſſum uel uomitum euacuari poteſt, nec uires etiam ſemper purgantia ſuſtinent: ſæpè etiam ab aluo materia eſt reuellenda, ut in profluuijs, ibi tum natura duce, quæ ſalutariter & criticè per urinas materias morbificas nonnunquam expurgat, nos quoque idem tentamus medicamentis diuerſis urinam mouentibus, & diureticis, quæ apud Hippocratem quoq; & Galenum diuerſum ſonant, differuntq; ut genus & ſpecies. quicquid enim eſt Diureticum, urinam mouet: non autem conuertibilis eſt hæc propoſitio. quam diſtinctionem paruifacientes Practici nonnulli, ſeipſos & ægrotantes decipiunt. Diuretica enim, quæ uerè dicuntur, ualdè calida & ſicca ſunt, uim habent incidendi, ſeroſitates ſeparandi à ſanguine, abſtergendi humores: quibus

dum

dum utuntur affectis ureteribus obſtructione, arenulis, pituita uiſcida & craſſa, ſeroſis quoq; humoribus redundantibus in ſuperioribus uenis, rectè utuntur: ſin autem hæc omnia abſint, quoq; utuntur in reuellendis humoribusderiuandisq; ad ureteres, iji iam calidi copioſi ſint uel non, qualitate peccantem materiam contumaciorem reddunt, obruunt ureteres, renes, ueſicam, affatim humores calidos acres tranſmittendo, obſtructiones, dolores, ſæpè etiam exulcerationes efficiunt. Vt ergo hæc incommoda euitentur, patientesq; ſpe ſua non fruſtrentur, in hiſce caſibus urinã mouentibus, & multam aquoſam materiam corpori ſuppeditantibus progrediantur: hæc enim dum à renibus attracta fuerint, tutò ſimul etiam humores è uenis educent. Sic uiceuerſa læſis ureteribus, urinam mouentibus utuntur, cùm Diureticis morbus indigeret, ſymptomata quoq; augent. Circa Quãdo, uel inſufficienti uel nulla per aluum præmiſſa uacuatione, plurimi quoq; hoc præſidio abutuntur: incommoda conſequentia manifeſta ſunt. Per interualla igitur uacuantibus utendum, uel interpolatis uicibus pars materiæ per ſudores & per inſenſi-

inſenſilem pororum cutis tranſpirationem diſcutiēda eſt: de quibus iam ut agamus, ordo poſtulat, modò hoc de Diureticis reuulſorijs monentes, nequaquam ea acri & erodente existente materia uſurpanda eſſe. ſi enim, quod interdum contingit, officium non faciant, materiam illam acriorem, profluuiaq́ue periculoſiora & lethalia efficiunt.

SECTIO OCTAVA:

DE SVDORIFERIS in genere.

SI autem per expoſita ſpatia omnimodè materiam morbificam expellere nequeat Natura ſagaciſſima, per alias quoque regiones & poros cutis id conatur: quam imitantes Medici quidam, quæ in ſudoribus concitandis peccata committant, explicabimus. Hoc enim cum ex maximorum & efficaciſſimorum auxiliorum numero ſit, ſi non ritè adhibeatur, ſubſtantiam totius diſſipare, uires proſternere, corpus contabefacere, morbum augere, ſymptomata intendere & multiplicare ſolet. Hinc cum hodie communiſſimum & uſitatiſſimum ſit in difficilioribus morbis apud Medicos, & recta quidem

*em ratione, eaq́; diuerſa, per exercitia, fo-
ꝑenta, inunctiones, cerata, emplaſtra, ſuffu-
igia, epota medicamenta: proh dolor, tamē
on paucos quotidiana obſeruatio docet ex-
de in cruciatus & dolores maximos ar-
culorum præcipitatos, principalia ipſis mē-
a naſtata: id autem ijs ferè tantùm acci-
t, qui corpora ſua imperitis barbitonſori-
s committunt, qui ex ignorantia ſua au-
ciſsimi ſuas inunctiones & ſuffumigia ex
drargyro adhibent nulla prorſus ratione
conſilio, & certè plurimos in extremam
iſeriam deducunt. In coruos quàm in eiuſ-
odi beſtias incidere longè ſatius eſſet. illi
im non in corpus, ſed cadauer ſolùm omnē
ſu deſtitutum ſæuiunt: hi autem in uiuos
aſſantur, quos meritò Magiſtratus homi-
lij reos peragere deberet. At ſemper huic
e temeritati colorem obducere, palpumq́;
becnlæ artificiosè obtrudere norunt, ita ut
nis ipſorum culpa in Medicos recidat.
hil, inquiunt, hæc noſtra profuêre, iam
tea enim multis Medicorum receptis uires
guidæ emarcuerunt. ita ſeſe elapſos in ſi-
m gaudent, uerùm ſupremum Dei indi-
m non ita effugient. Haud equidem cre-
diderim,*

diderim, facilè Medicum imprudenter ue-
hementiſſima hæc media tentaturum, maxi-
maq; ex parte ipſos reliquis ſudoriferis ac-
quieſcere uideo. Non tamen ex toto reijcien-
da ſunt, neceſſitas namque ea nonnunquam
aggredi iubet: quæ cum ab alijs ſatis plen-
pertractata ſint, ab ijſdem deſumantur. N-
tamen reticere poſſum, ex uſu etiam reliqu-
rum ſudoriferorum, à Dogmaticis admini-
ſtratorum, non omnes conualeſcere: ſed a-
ijſdem morbos interdum increſcere, intera-
alios ſuccreſcere, omninò quandoque patie-
tes ſuccumbere, dum uidelicet alij non ueru-
ſudationis modum conſulunt pro uapore ſi-
co. Verbi gratia, balneo aquarum uti iube-
ut ſæpè in doloribus articularibus, quos de-
maiores fluxiones comitantur: earum eni-
calore promptius humores in articulis pr-
pter emollitionem & relaxationem rec-
coguntur: ſiq; quandoque proſunt, id accid-
ob continuationem diutinam, qua quòd i-
fluit, iterum reſoluitur, & pars roborat-
Fallit tamen & idipſum interdum (de ſud-
riferis enim ſaltem, non roborantibus ba-
neis loquimur:) tutius itaque eſt alijs med-
ſudorem prouocare. Alij in temperatu-
calid-

calidioribus & bilioſis diutius ſudorem prouocare nituntur, nec apozemata temperant temperaturæ proportione: inde epatis aut alterius uiſceris intemperies, inflammatio, febris ardens uel hectica, totumq́ corpus cõſumens. Alij ſimiliter in Quando, dum duri & craßi adhuc humores exiſtunt, humores contumaciores reddunt: quod enim tenuius eſt, reſoluitur quidem, reſiduum autem ſiccius & craſsius euadit. Alij circa Quantum, nimium in reuulſionibus potiſſimum mouentes, naturam iam antea occupatam & laſſam diſtrahunt, ut humores poſtmodum regere nequeat, ijq́ inordinato impetu quandoque in partem principem ferantur. Alij id non indicatum ſuſcipiunt, materia uidelicet in loco, ex quo per ſudores nequaquam educi poteſt, ut in uentris alicuius cauitate incluſa, maximè medij: ibi tum materia calore liquefacta & fuſa ſuffocationem minatur. Qui ergo cum fructu hoc uti uoluerit auxilio, diligenter conſideret ſubſiſtentiam materiæ: quæ ſi in ſuperioribus uenis, ambitu corporis, aut eius aliqua parte exteriori fuerit, commodè per ſudorem diſsipabitur. Modum debitum & con-

uenientem affectui, tempus & quantitatem uiribus non ſuperiorẽ obſeruet: hac enim induſtria ægro leuamen, ſibiipſi gloriã parabit

SECTIO NONA:
DE BALNEIS.

INter ſudorifera auxilia balneũ quoq; numeratum eſt: quòd cum triplicem in corpore humano utilitatem præſtet, euacuandi uidelicet, implendi, attẽperandi & roborandi, ſiquidem eius mentio incidit, breuiter circa uſum eiuſdem diſcurremus. Præſidiũ hoc hædera ſuſpenſa opus non habet: non ſolùm enim morborũ ſine ullo dolore medicina eſt, uerùm etiam laborum & laſsitudinum in ſanitate leuamen, horrorem igne non incutit, ferro moleſtum non eſt, neq; ut amara pharmaca faſtidium parit, affectibus aliis remediorum generibus fruſtra tentatis ſuccurrit. Hinc uti tempore Galeni, quod uidere eſt e lib. 7. Meth. med. Empirici in qualibet imbecillitate uentriculi ſtatim regionem ipſius oleo calido inunxerunt, producta iam fuerit ea ex frigiditate uel non, poſtea deſcenderint ad Sinapiſmum, & demum rem ſibi non ſuccedere uidentes, ad balnea ægros miſerunt conuen-

conuenerint iam uel non: ſic etiamnum hodie ſunt Medicorum nonnulli, qui poſtquã præter rationem & inſtitutum ualde defatigarunt ægros, nullum ſucceſſum uidentes, nulla alia conſideratione habita miſeros patientes ad balnea thermas ceu ſacram anchoram relegant, non perpendentes an conueniant nec ne aquæ illæ, uel quia morbi naturam ignorant, uel thermarum naturam, uel utrunq; hinc patientes extremam in iiſdem inũctionem & ablutionem corporis recipiunt, quidam omnibus uiribus exhauſti uix domum reducuntur, alij in Emaus abeunt, ipſisq; pro Lætare Requies æterna canitur. Cum autem non deſint præclariſſimi ſcriptores, qui de recto thermarum uſu plurima nobis monumẽta reliquêre, aliud hîc nõ monebimus, quàm ut ea quiſq; diligenter euoluat, probè expendat naturam ægrotantis, morbi & thermarum, antequam ipſum thermas accedere iubeat: imò conſultũ eſt, ut omnibus his cognitis, nõ tamen cuiquam illarum uſus ſuadeatur, niſi certi de obedientia ſimus eiuſdem. Magnum enim præſidium cum ſit, delictum circa id commiſſum maximi quoq; momenti eſt. Si itaq; ſuo modo patiens uiuere uellet, in-

 terdiu

terdiu dormire, oblata quæuis indifferenter comedere, uino & crapula ſeſe ingurgitare, quacunq; hora balneum ingredi, ſuo libitu omnia agere (ſicuti certè cõplures in ea ſunt opinione, omnia illa errata balneum corrigere poſſe) hi certè longè à thermis arcendi ſunt. Alij reperiuntur, qui ut amiſſam ſanitatem eò citius recuperent, præter infuſionẽ in potu quoq; aquas aſſumunt, idq; permiſſu Medicorum, quod rationi omnino diſſentaneum eſt: ad contraria enim natura diſtrahitur, ſicq; omnis eius actio & operatio irrita redditur. Quæ autem alia de balneis & thermis dici poſſunt, in decurſu particulariũ curationum, Deo dante, declarabuntur.

SECTIO DECIMA:

DE VACVANTIBVS per Sputum.

SVpereſt adhuc uniuerſalis quædã totius corporis uacuatio exquiſita, ad quam in grauioribus nonnunquam morbis feliciter recurrimus: eſtq; ea quæ fit per ſputũ, de qua etiam aliquid monendum. Hic tamen locus nõ eſt de capitis & thoracis purgatione, quæ etiam per ſputum fit, differendi (ad topica

enim

enim & particularia præſidia id pertinet:) ſed de ea ſaltē, qua uniuerſum corpus expurgatur, et grauiſſimi morbi, pſora, elephantiaſis, lues Gallica, &c. ſuperantur. Eadem autē & ferè unica eſt tantùm materia, quæ ad hunc ſcopum accōmodatiſſima eſt, ipſum hydrargirum, quod certè mirabile eſt & actionum efficaci poteſtate, ac ſanationum uirtute. Quo ad hunc ſcopum quoque, ut ſuprà de ſudoribus dictum, audaculi quoq; Empirici, Natiterſores, ſpurij & adulterini Theophraſtei (qui fucatis nominibus Theophraſti ſe remedia uſurpare iactitant) vetulæ itidem & fortuitò quandoq; morbos ab alijs Medicis relictos curant: unde Dogmaticorū, Græcorum omnium & Arabum remedia alia in difficilioribus morbis fruſtranea, omnes indicationes uanæ morborumq́; ludibria proclamantur, ut quæ Empiricorum, uetularum & Pſeudoparacelſiſtarum experimentis cedāt, & à tergo, poſt principia ſcilicet, maneāt. Hoc loco autem nequaquam Medicos ignorātiæ arguam, utpote qui minimè dubitem, quin ipſis obſeruatione & uſu huius præſidij efficacia ſatis ſit cognita, in tantū etiam, ut quidam ſcribere ueritus non ſit, omnem ægritudinem

dinem ex plenitudine linimento Mercuriali curari poſſe. At timiditatis crimen non effugiunt: absterrentur enim plerique ab eo grauiſsimis quæ excitat ſymptomatibus, ut certè primus eius aſpectus prima fronte primisque diebus intenſos dolores producit, ſique eo non ſanetur affectus, proritatur, remanet in corpore uis maligna hydrargiri, corripiuntur aliqui maraſmo, ſuccedit alijs dentiū caſus, palati corruptio, oſſa capitis aliquibus exeſa manent, illis os & facies intorta: ſique tandem non curet, omnem illuuiem ad caput protrudit. Recta itaque ratione omnia prius alia media tentanda ſunt, quibus ſi cedere nolit affectus, audacter ad hoc confugiendum: utque eo confidentius progredi eodem poſsimus, potius omnes cogitationes omnesque ingenij uires intendamus, altiores & pretioſiores præparationū modos inueſtigemus ipſius Mercurij, ne tam crudelia ipſius uſum conſequātur ſymptomata. Prudentiores quidem, cauti & induſtrij Medici exquiſitam eius compoſitionem inſtituunt ſub forma unguēti uel linimēti, ob diſsipationis uirtutis præcautionem ex ſudore admiſcent myrrham, maſtichem, gummi Arabicum, item ob uirtutis ca-

ſum

*um ex imbecillitate confectiones magnas,
liaq́ pro conditione ægrotantis, tẽporis, æta-
is, &c. quibus tamen omnibus Mercurij ma-
ignitas non occultatur. Alij alio modo peri-
ulum faciunt, & ipſum Mercuriũ aſſumen-
lum exhibent, & quidem præcipitatum, mo-
lo uulgi, quo tamen aluus copioſè ſoluitur,
enæ nonnunquã in pectore rumpũtur. Alia
taq́ uia ingrediendum eſt, nec ſatis eſt aquæ
ilis nitri uel alijs fortibus aquis ex uitriolo,
lumine & ſimilibus in puluerem rubicun-
lum uel flauum præcipitaſſe Mercurium: nõ
blutiones per aquas albuminũ ouorum, per
inum ſublimatũ, etiamſi uigeſies repetan-
ur, uenenatas impreſſiones fortium aquarũ
uferre poſſunt: etiamnum cruditates uene-
atæ, impuritates, uomitionum, reſolutionũ,
alpitationum cordis, difficilimarum purga-
ionum authores relinquuntur, & corroſiuæ
roprietates uehementiſſimæ. Studio itaq́ &
bore indefeſſo uerum Mercurium, purum
& ſyncerum aptis inſtrumẽtis ignisq́ mode-
atione ex cõuenienti & debita materia eli-
iamus, calcinationibus, ſolutionibus, circu-
ationibus, uarijsq́ reductionibus cũ ſuo au-
o præparemus ac figamus, donec non am-*

plius in aqua albuminum calida reuiuiſcat: ſic enim arcanum Mercuriale exoptatiſsimū, longeq́ alijs omnibus medicamentis anteferendum habebimus. At paulò amplius ad perfectionē eiuſdem requiritur, quod ex profeſſo hîc ſcribere, Operis huius intentio nō eſt.

SECTIO VNDECIMA:

DE VACVANTIBVS per uterum.

Est & quædam, mulieribus quidem peculiaris, uacuationis ſpecies, & fit per uterum: quæ cum non niſi præter naturā ſuppreſſa prouocari ſoleat, de hac, ut & alijs ſuppreſsis fluxionibus, hîc agendum eſſet, niſi ad particularium morborum examen, euitandæ confuſionis gratia, eas reſeruaremus. Coincidunt autē eædem cum uitio materiæ in quiete, dum uidelicet materia aliqua morbifica in toto impacta eſt, præter naturam actiones lædens. Quia autem, ſi quæ in hoc genere ſunt indicantia, à uacuantibus, ſudoriferis, ſputū mouentibus diſcrepantia, magis Topica ſunt (frequētius enim ex parte quàm ex toto materia attrahenda, &c.) in Topicorū auxiliorū explicatione generaliter ea tractabimus.

SECTIO

SECTIO DVODECIMA:
DE ASTRINGENTIBVS.

In uerò motu materia peccet, indicatio astringendi oboritur. Quoad ipſum quid & aſtrictionem, parum quidē conſideratè progrediuntur, dum uidelicet communi axiomati, Contraria contrarijs, &c. nitentes, inſtar Empiricorum & Methodicorum, omnem fluxum ſiſtendum arbitrātur, ſuperſtitioſam de criſibus doctrinam iudicant, naturam ſalutariter & criticè à morbo ſeſe exonerantem ab inſtituto aſtringendo abſtrahunt, eoq́ ipſo naturam materiam morbificam in partem aliquam principē impellere cogunt, uel aliquantulum cohibentes perturbant, irritant, ut poſtmodum maiori impetu expulſionem tentet: cum ſi aliquantulum indulgerent, ſponte ſubſiſteret, non ſecus atq́ equus ſuccuſſorius, ſi largius ipſi frenum permittatur, nonnihil ſaltatione defatigatus lento gradu pergere ſua ſponte incipit. Exquiſitiſſima tamen lance accidentia profluuij & uires ægrotantis librandæ ſunt, ut de euentu morbi certi aliquid pronunciare, & ad eundem medicamenta dirigere poſſimus.

ſimus. Prius ergo quàm quiſquam ad πϱάξ- accedat, quàm diligẽtiſſimè σημειωτικὴν me- dicinæ methodum, ceu utiliſſimam, maxim- neceſſariam, ſimulq́ue iucundam etiã euolua- in eaq́ue ſeſe exerceat. Si autem omnino aſtri- gendum ipſis uideatur, non morbum ſolu- reſpiciãt; ſed qualiſnam fluxionis cauſa ſu- ſit inquirant, eandemq́ue extirpent, ne eade- quæ ſuprà dicta ſunt incommoda eueniant. Quoad ipſum Quando, ne occultè temp- agendi aut nõ agendi tranſire patiamur, c- ueamus, quæq́ue primo aſpectu leuia apparen- miſerè poſtmodum nos fallant, ſeroq́ue nim- nos neglectorum præſidiorum pœniteat. omni re, inquit Hippocrates *in Epiſtola* Craterem, *aliena eſt dilatio, maximè à med- cina: eſt enim animæ periculum. Circa V- non ſemper locus, per quem effluit mater- aſtringendus, ſed fluxus modò intercipien- bus, modò diuertentibus à loco affecto co- bẽdus. Circa Quomodo, qua materia & q- abuſus eiuſdem, ob difficultatem & varie- tem non niſi in peculiari quacunq́ue fluxi- indicari poterit. Itaq́ue caſtra mouea̕mus.*

SECT-

ECTIO DECIMATERTIA:
REMEDIIS MORBORVM Compoſitionis malæ & ſolutæ unitatis.

OMnium medicamentorum uniuerſalium à morbo in intemperie cum uel materia & cauſis indicatorum adminiſtionem, laus Deo, pro ingenij tenuitate, & noſſe, correxiſſe uidemur: ordine retionis ſequuntur, quæ à mala compoſitionagnitudine, numero, figura, ſitu deſuntur. Eæ autem cum aut inutiles ſint, aut rurgicæ & particulares, aut ex cauſis reis depromptæ, ne ταυτολογίας crimẽ inamus, hoc loco omittũtur. Sic quæ à ſolunitate deriuãtur, omnes ſunt Topicæ & iculares: totius enim diſſolutio ipſa mors Propterea cum, ut in uniuerſo corporis ha, ſic etiam in ſingulis eiuſdẽ partibus omdicta uitia reperiantur, & eò etiam extas operationes indicent, quia in multis icularia indicata ab uniuerſalibus difnt, eadem eodem quo uniuerſalia ordine urremus. Licet autem in certa aliqua par ateria & ſubſtantia & qualitate prima

quandoq;

quandoq; peccet actionemq́; lædat, tamen a alterantibus nihil præter ſuprà expoſita ha bemus.

SECTIO DECIMAQVARTA: DE TOPICIS VACVANTI- bus in genere.

QVòd ſi quantitate materia aliqua i parte exuperet, uacuans indicat: a quibus antequam agamus, generalia quæa prius monebimus. Primò namq; commune uerum axioma habent Medici, Topicū no adhibendum eſſe remedium, niſi prius toti ſ proſpectum. Hoc eodem autem multi perp ram intelligentes abutuntur, ſiq́; euacuati nem partis, ut ex. gr. cerebri, inſtituere u lunt, ſemper prius totum uacuant uel ſigill tim, uel ſimul. Sic uiſum eſt Platoni, qui cup oculo mederi, cerebrum: qui cerebro, uniue ſum prius corpus purgabit. At quæſo qui opus eſt agitare & perturbare uniuerſum, materia ſolùm exuperet in cerebro? Non ce tè aliud ij agunt, quàm quod utilem uaſo copiam uacuant, uireſq; proſternūt. Sic quo in reliquis. Si quando afficiatur thorax uit cerebri tranſmittentis ad eundem uitioſ humore

nores;toti prius proſpiciendũ putant:cum
en cerebri tranſmittentis ſaltẽ prouiden-
n abſq; perturbatione reliquarum partiũ
ere deberent. Qui errores ſaltem ex mu-
nudorum axiomatum cognitione, & cõ-
ptu doctrinæ indicationũ exquiſitæ, ori-
em trahunt. Vtiliſsimam ergo doctrinam
n quiſq; amplectatur. Galenus lib.1. c.8.
med. Trallianus lib.1.c.11. Particularis af-
io, ſi leuis eſt, ſolis ad laborantem parti-
m remedijs curatur. Cũ autem ſuprà co-
è de uacuantibus diſſeruerimus, ex ijs ſe-
mnia, quæ ad quamuis uacuationem re-
runtur, intelligi poſſunt, ita ut hîc repete-
a ſuperuacaneum ſit.

ECTIO DECIMAQVINTA:
DE CAPVTPVRGIIS.

D E Caputpurgijs autem, utpote quorũ
magni intereſt (ſolet enim commotio
bri maioris ſæpè mali cauſam præſtare ex
tu ad expellendum facto) paulò accura-
& diſtinctius ſermocinandum. Multis
modis inſtitui poſſunt, perq; uaria emun-
ia, per oculos, nares, aures, palatum, natu-
nterdum expurgare ſolet, & maiores mo-
liri

*liri uacuationes, præter quotidianum expu-
gamentum. Impingunt hic mox nonnulli
Aphoriſmum Hippocraticum, quò natu-
uergit, eò quoq; medicamentis tendunt, mo-
eius promouent. Nequaquam autem ſemp-
eſt imitanda, ut dum ſymptomaticè per oc-
los & aures mouet: ſunt enim hæ partes ſe-
ſu tactus exquiſito donatæ, ob id acribus m-
dicamentis, quibus uacuationes à capite m-
uere neceſſe eſt, uehementer irritantur, do-
& calor excitatur impenſus, quod inten-
mus non conſequimur; imò eius loco ſurdi-
tem, cæcitatē, aliúmue inſignem harum p-
tium affectum molimur. Per palatum aut-
& nares dum rectè nonnulli in plurim-
morbis chronicis & acutis expurgare nitu-
tur, & ad Errhina atq; Apophlegmatiſm-
ceu ad ſacram anchoram confugiunt, id
men ſæpè etiam faciunt, ubi nec malum p-
rimum urget, nec grauia ſunt ſymptoma-
aut præſente dolore, aut ſenſu cerebri exq-
ſito exiſtente, quibus caſibus hoc præſidij
nus potius cauendum: facilè enim, cum p-
culiaris ſit partis principis euacuatio, ex ſ-
quentia & medicamentorum acrium con-
ctu cerebrum debilitatur, ex quo & anim-*

actiones peruertũtur, & in alia uitia aut
iduas deſtillationes cerebrum prolabitur.
Apophlegmatiſmi in phtiſi, tuſsi, pulmo-
m affectibus, cane peius & angue Auicen-
conſilio ſunt euitandi, quòd in partem im-
illam et plus æquo affectam humorum il-
iem prolicerent.

SECTIO DECIMASEXTA:

DE BECHICIS.

QVia autem et thoracem commodè per palatum & ſputum euacuamus, ali-
id de eo quoque afferendum. Id autem ut
mmuniſsimum, ita difficilimum etiam eſt
obſcurum, ut uix unum reperias autho-
n, qui recta id ratione & methodo mon-
rit: rarius Practicum ritè adhibentem ui-
s. In quauis enim thoracis affectione be-
ica ſtatim medicamenta citra ullam di-
ctionem porrigunt. Ea autem, ſi quis di-
enter perpendat, uaria admodum & fa-
tate diuerſa eſſe uidebit, proindè non
lifferenter exhibenda, ſed pro affectus &
ſæ indicatione ſingula moderanda. Si
nq. partes reſpirationi inſeruientes tumo-
afficiantur, ex quo difficilis cauſetur re-
ſpiratio,

ſpiratio, longè aberrant bechicum offerente: thoracis namq; uiolento motu uehementiore dolores, maiores preſſioresq; reſpirationes ci citant. Sic licet intemperie uehemens tuſſ excitetur; tamen cum nihil notatu dignu adſit, quod uacuari poſſit, fruſtra tuſſis exc tatur. In ſolutione continui bechicis part uiolento motu magis magisq; dilacerantu exaſperantur: quæ exempli gratia retuliſ ſufficit ad exhortationem & inculcatione doctrinæ indicationum. Cum autem in al particularibus uentriculi, epatis, lienis, ute euacuationibus, ſi quæ corrigenda ſunt, ſuperioribus deſumi poſſint, ordine noſtr uacuantibus ad aſtringentia progredien eſſet: quia tamen, quos circa uſum ipſoru defectus animaduertimus, ad particular affectus reijcimus, ad Laxantia tranſimu circa quæ ſaltem eorum incuriam reprehe dimus, qui circa Quomodo unum ſemp eundemq; laxandi modum obſeruant, cu tamen pro uarietate cauſarum tendentiu quæ ſunt modò frigiditas, ſiccitas, modò re tio, obſtructio, nunc refrigerandum, humectandum, aperien- dum.

SECTI

SECTIO DECIMASEPTIMA:
DE EMOLLIENTIBVS.

QVòd ſi uerò pars aliqua duritie præter naturam affecta ſit, emolliens indi-
t. In hac indicatione generaliter quoq; ni-
s Practici quidam uerſantur: curioſam e-
m potius quàm utilem de Concretione di-
utationem iudicant; quia difficilis admodũ
& obſcura, ac ſine ſumma diligentia per-
i non poteſt. Ad ueram autem, duriſq; af-
ctibus proficuam medendi rationem inue-
ndam, neceſſe eſt omnium eorum quæ du-
fiunt modos & cauſam ad amuſsim inue-
e, ut ex cauſis conſtitutionis reſolutionem
rehendamus. De ijs autem iam diſſerere
us non eſt: ſed breuiter diuerſas duritiei
cies enarrando, quid in ijs tollendis delin-
itur, ſignificabimus. Quædam autem du-
es calloſa eſt et tophacea, quæ requirit hu-
dam & fluentem ſubſtantiam tenuiſsimã
multis partibus igneis uel terreis atte-
tis: quædam coniũctam habet lentorẽ &
iditatẽ, quæ requirit emollientia tenuiũ
tium calefacientia & ſiccantia: quædam
ò citra alterius qualitatis commerciũ ſit,

quæ μαλακτικὰ propriè ſic dicta requirit quãdam admixtũ habet ſeroſum, erodentẽ acrem & tenuẽ ichorẽ. Dum ergo ita cõmuniter emollientia uſurpantur, quid exinde mali accidat, facilè cuiuis colligere licet. Hinc quidam ſeroſitatem humorum non obſeruantes, adhibitione μαλακτικῶν eam in exulcerationem degenerare faciũt, quæ poſtea nullis unquam auxilijs cedit, aut partis naturam ita debilitãt, ut dein promptius aliunde fluxiones recipiat, denique ex toto ſuccumbat. quæ duo ut præcaueantur, pro attemperatione humorum acrium admiſceantur metallica, aut olea frigida ex mandragora & ſimilibus, per interualla item roborantibus & ſiccantibus utantur. In temperaturis quoque aut humoribus calidis ſecundæ ſpeciei duritties in tophos mutant, ſi calefacientium & ſiccantium debita menſura non ſeruetur. his de cauſis adeò infeliciter Medici & Chirurgi tumores præter opinionem tractant, poſtea fortunam, aut ægrotantem, quaſi diætam præſcriptam non obſeruauerit, accuſant.

SECTI

SECTIO DECIMAOCTAVA:
DE APERIENTIBVS.

PORrò ſi materia ſui craßitie & denſitate obſtructionem partis alicuius, uel etiam ...ſorum, uenarum, arteriarum, uiſcerum ef...iat, aperiens indicat. Parum quidem eius ...æ inſenſibiles meatus cutis attinet, inter...quæ uerò reliquorum meatuum patentio...m eſt, tum propter locorũ abditam ſedem, ...n propter cauſarum uarietatem, tum pro...er partium diuerſam naturam paulò altius ...ſideranda eſt. Mirum certè quàm diligen... in hoc præſidio ſibi uideantur Medicorum ...qui: nã pro hoc ſcopo ſyrupos aperiẽtes, de...ctiones aperitiuas maiores, minores, et alia ...officinis conſtituêre: hinc pro præparatio...& apertione ſex, ſeptem, octo ſyrupos, de...da exhibẽt, dein obſtructiones diluto aga..., rhabarbari, uel etiam fortiorũ purgan...n ſæpius repetitorũ adminiſtratione era...re conantur, quas tamen tollere nequeũt, ...iam centies uel Ellebori uel Antimonij ...racto purgare tentarent, imò multò etiam ...inaciores tumores obſtructionumq́; cau... reddunt. Tum obſtupeſcũt, omnia ritè ad...ita, nihil non tentatum clamitant, iacti-

tant, ſeipſos & miſeros patientes excruciant, ſucceſſum nullum uident, fortè ab incantatoribus aut uenefica malum productum augurant. At ignorantia hanc ipſis admirationem parit. Si namq; poſt præparationes debitas & accõmodatas potius purgationes ad euacuationem & exhauſtionem ſuperfluitatum uenarum et uaſorum ſuperiorum dirigerent, n ex illis affectæ parti incrementum accederet deinde aperientibus, attenuãtibus, detergẽtibus parti affectæ ſuccurrerẽt, longè alios ſu ceſſus experirentur, iecoris & lienis ſcyrrho nedũ longè alios inferiores tumores abſume rent cũ ſingulari uoluptate, & maximè gra & iucundo ægrotãtis alleuiamento. Hiſce h præſidiũ relinquẽtes, ad alia tranſcendimu

SECTIO DECIMANONA:
DE ATTRAHENTIBVS.

SI ex ijs quæ in corpore mouentur, qui piam in altas & abditas corporis part dilabens recondatur, fugiatq; omnem aux liorum contactum & gratiam; ac maius id, ſimul etiam propter partium dignitat periculum faciat, indicat medicamentum trahens, & ex profundioribus partibus a ciens: quod cum ferè operationibus Chirur

is ſuprà expoſitis includatur, de eo nihil niſi oc theoricum monemus, attractionem hāc, uæ calore, dolore & uacuo perficitur, phyſi-um nos minimè ſtatuere. Attractio enim eſt ctio realis, uacuum ſaltem priuatiuū quip-iam, calor & dolor qualitas ſolùm intentio-alis. Attractio autē calorem ſequitur, quia ndit, liquat humores, qui eodē ad fluxum ratiores redduntur: dum etiā partes dila-t, aptiores ad trahendum efficit. Ob partis olorē fit affluxio, non quòd dolor trahat, ſed uia propter ſympathiam reliquæ partes hu-ores ad eandem tranſmittunt. Propter ua-ū itidem fit attractio, quia partes quæ ua-o circumſtant, propter ſui conſeruationem, uæ in continuitate & unione conſiſtit, na-raliter coniunguntur: præterea in corpori-s uacuis excitantur facultates ad ualidam inconſuetā tractionem ſurſum, deorſum, out partis cōditio fert. Et hæc de attractio- noſtra eſt ſententia.

SECTIO VIGESIMA:
DE REPELLENTIBVS.

NOnnūquam autem tanto impetu mo-uetur materia, ut non attrahentibus is diuerti poßit, ut partem à fluxionis labe

 uindice-

uindicemus: indicatur ergo tum medicamē tum delapſos, ac in particulis ſimul cōtentos & qui ad partes mouētur humores repellendi, & aliò transferendi. In hac indicatione imperfectè nonnulli uerſantur, dubitantes imò ſtatuentes, ſolummodò materiā quæ adhuc in fluxu eſt, repelli ac remeare poſſe in uaſa interiora. In hanc ſententiam aliquot Galeni locis ſiniſtrè expoſitis adducuntur, cōmuni itē medēdi ratione, quæ gratia eius quod relinquitur, diſcuſſoria iubet admouere medicamenta. At dum Galenus hac de materia ſcribit, ſaltem intelligit id diſcutiendū, quod repulſionis potentiā refugit, lentum, craſſum ac uiſcidum eſt. Si uerò materia fuerit tenuis calida, omninò repellenda eſt: diſcutientibus enim calidis exacerbatur, ſaltem exulcerationes partium inde proficiſcuntur, ex furunculo chironium telephium ulcus increſcit. Remeare autem poſſe materiam in uaſa & uenas, ex quibus elapſa eſt, ſatis declarāt Exanthemata puerorum, quæ uariolas & morbilos uocant, quæ crebro repercuſſu frigidi aeris repentè occultantur: ſic cucurbitulæ mammis appoſitæ reuocant fluxum menſtruū, etiam uenarum per ſe ſuorum orificiorum ratio-

nulli

ullus ſit concurſus, ſed tantùm ratione fi-
rarum, quas in muſculos ſubiacētes exten-
unt: in ecchymoſi ſanguis maiori ex parte
xtra uenas effuſus in eaſdem retrocedit, ita
t nulli de poßibilitate huius remedij dubi-
andum, tutoq́ in tenui materia etiam im-
acta ſuſcipiendum ſit, & quod plus eſt, etiã
pituitoſa, laxa, molli materia. uidemus e-
im tumores eiuſmodi, exercitio et obambu-
tione in quorundam pedibus obortos, ex to-
noctu & quiete euaneſcere: an quia per
ſenſibilem halitum diſcutiuntur? non, ſed
uia humores ad interiora unà cum regreſ-
caloris tempore ſomni contingentis retro-
dunt. Et Galenus quoq́ multis in locis, lib.
e Curandi ratione ad Glauconem, & lib.
Meth. med. in principio œdematoſorum tu-
orũ repellentia adhibere iubet, & ipſe ſpon
iã, in qua ſit aliquid aceti, applicat. Quod
ſi cõtra ueram medendi rationẽ uideatur,
erißimum tamen dogma eſt, ſi intelligatur
on ratione tumoris œdematoſi producti, ſed
tione fientis cum fluxione coniuncti, cuius
tione repellendũ. Quod etiamſi aliqui dili-
ẽtiores obſeruẽt, tamẽ circa Vbi delinquũt:
am applicando ſimpliciter affectæ parti re-
 pellens,

pellens, impactam in eam magis impellunt materiã. itaq; ſupra locum affectum, aut ea regione ex qua materia deriuatur, admoueant, ut uelut præmiſſa manus uias intercipiat, ne quid transfluat, ubi uenarũ etiam ductus & coniugia obſeruanda: ipſi uerò parti affectæ & materiæ affluxæ digerentia apponenda. Ita tamẽ in uſu repellentiũ & diſcutientium uerſamur, ut rariſsimè uel uno uel altero ſolo uti poſsimus, ut Gal.lib.6.pharm. *loc.c.3.confirmat: ſed utplurimum mixtis indigemus, pro diuerſitate ſcoporum. Hinc Galenus: Ob id quidẽ cogimur ſæpè in principio, ſæpiſsimè paulo pòſt aliquid admiſcere ex diſcuſſorijs. Quibus occaſio datur arguẽdi eos qui ex his Galeni præceptis adeò religiosè mixtionem hanc obſeruãt, ut ſemper tranſacto morbi principio, adaugeant creſcente, donec ſolis in ſtatu utantur, nec ullo accidente ulla ne neceſsitate alia ſuperueniente ab hoc depelli poſſunt, ſumpta uidelicet indicatione a morbi tempore, ubi perperam Galeni mentem accipiunt: non enim hoc reſpectu Galenus in curatione adhibet tempus, ſed ſolũmodò ad dignoſcendam affectus naturam & ſtatum: inter curatrices autem indicationes non re-*
feri

fert. ſicuti enim nõ curanda eſt prægreſſa, ſed
præſens affectio, ita nec tempus morbi, ſed
anquam conditio ad curatiuam intentionẽ
xaminanda. Hoc quoq; quod olim Galenus
eprehendit, etiamnum hodie multi commit-
unt, exiſtimantes in uſu aſtringentium &
epellentiũ, quod repellit, ſi conferat, ſi aliud
abeant quod magis repellit, magis conferre:
uod rationi ex toto contrariatur, & diligẽs
ræſertim habenda eſt ratio partiũ. nõ enim,
quæ uehemens ſuſtinet, altera ex æquo ſu-
inere poteſt. Sic aliud requirunt dentes, gin
iuæ, oculi, aures: quarum tamen partium
ccommodata referre remedia, operis atque
nſtituti huius non eſt.

SECTIO VIGESIMAPRIMA: DE DISCVTIENTIBVS.

AVdiuimus autem hactenus aliquoties,
quòd ſi craßior & uiſcidior in parte
liqua hæreat materia, diſcutiens indicet.
Hanc ergo indicationẽ nunc conſiderabimus.
Nam licet Gal. lib. 7. meth. 6. digerendi tẽpus
tum dixerit, hocq́; ſolatium nobis relique-
it, nos, ſi quoq; uelimus, aberrare non poſſe:
men lib. 1. med. loc. c. 4. amicis conſulens, ne
trepidè, ut Theſſali ſectatores, hoc auxilij

genere utantur, huius præſidij difficultatem innuit. Siquidem enim calor leui differentia tam uaria perficit opera: longè diuerſa, aut ex toto contraria, ex ſiniſtra reſoluentium adhibitione ſuccreſcunt accidentia. Huic occurrit error eorum, qui circa Quid non conſiderantes utrum abſolutè ſit indicatum, & circa Quantũ utrum in tanta uehementia, mox reliquos tumores diſcutere intendentes uehemens calidum adhibent diſcutiens, ubi tamen materia inæqualis incidens uel emolliens cum diſcutiente indicat: uel remiſsius diſcutiens, ubi tum quidem facilè quod tenuius eſt difflatur, quod autem craſsius eſt lapideſcit & in ſcyrrhum degenerat. Gradus itaq; diſcutientium non fruſtra conſtituta ſciant: diligenter item conſiderent materiæ qualitatem, ut rectè miſcere poſsint modò repellentia, modò attenuãtia, incidentia, emollietia. Aliud inſuper circa ipſum QVID conſidero, quòd quidam diſcutiens adhibent, licet indicatum nõ ſit: quòd tamen ipſis condonandũ, ſiquidem apparentes ex Gal. & Hippocrate authoritates habent, putâ in ſuppuratis tumoribus. Conſulit enim Galenus li. 11. meth. & Damocratis ſententia lib. 6. me-

gene

*gener. c.12. Tyrium emplaſtrũ ad puris diſ-
cuſsionem refert. At experientia teſtatur, pa-
rum eſſe quod ex pure per reſolutionem im-
minui poſsit, grauiusq́ impendet periculum
pure diutius in parte retento. Nec turbat no-
ſtram ſententiam Hipp. dictum, quo lib. de
fracturis probari poſſe uidetur, ſuppurata
ſſe reſoluenda. Ibidem enim potius præcipit,
n auribus non protinus aperiendos eſſe tu-
mores, quia ſæpius ſub ſpecie ſuppurationis
eritos quoque Medicos fallere ſoleant: aut
ntelligit eos tumores, qui principium ſal-
em ſuppurationis habent: quam ſententiam
etinemus, donec quis meliorem monſtraue-
it, doctrinæ namq; Indicationum reſpondet.
Circa modum quamplurimi hodie Medi-
falluntur dicto Galeni, quo libro 8. phar-
ac. gener. c.4. niſi diutius pharmacum cu-
adhæſerit, nihil efficere exprimit, alterans
ſuppurans intelligens. idem etiam Pra-
ici ad diſcutientia referunt, eaq́ ut prom-
ius operentur, cũ cera multa aliisq́ empla-
cis miſcent, exiſtimantes ob fixionem plus
effecturũ: hocq́ ipſo manifeſtum reddunt,
norare ſeſe, totum reſolutionis negotium
r cutis poros fieri, quos emplaſticis ſuis
occludunt.*

occludunt. Vtilius itaq; eſt, uel fomentis adhibitis diſcuſsionem tentare, uel etiam ipſis emplaſtris imponere diſcutiẽtia: nam quandoq; etiam ipſa ſuppurantia reſoluiſſe uiſum eſt. Circa Quantum decipiuntur ſimiliter, dum contra Galeni ſententiam humores in raram partem impactos maiori diſcuſsionis ui aggrediuntur, quàm eoſdem in denſa hærentes. Sicuti enim, inquiunt, ſpongiæ aqua imbutæ nec arctiſsima manuum compreſsione, nec calore ignis, nec circumuolutæ linteis calidiſsimis facilè exiccantur: & ſicut pulmo inflammatus, uel alio humido affectu irrigatus, uix unquam aut certè difficulter ſanatur: itidem ſicuti mammarum inflammationes nullis cedunt remedijs uel digerentibus, uel alio quoquo modo euacuantibus: ita contrà partes craſsiores, ut paucam recipiunt materiam excrementitiam, ita eandem facilè remittũt. Quibus reſpondemus, exiccationem ſpongiæ difficilius quidem fieri per compreſsionem, at non per calorem, per conſequens etiam aliarum rararum partium: calor enim multò promptius ſe inſinuat in partem laxam, & proindè facilius diſcutit, quàm in partem denſam. Quod ad pulmonem

tem & mammas attinet, non ita facilè affe-ctus illi diſcutiuntur: quia ob laxitatem par-tes illæ faciliùs malum radicitùs ſuſceptant, quod difficultatem euellendi parit.

SECTIO VIGESIMA SECVNDA: DE SVPPVRANTIBVS.

QVòd ſi uerò diſcutientibus medica-mentis malum nō cedat, alia uia im-pugnandum, uidelicet ſuppurantibus. Vix autem habeo quod in Medicos circa uſum huius præſidij animaduertam: plerique enim arbitrati ſordidum ac uile inſtrumentum, tractare uulnera fœtentia, ſanies emunda-re, uetuſtiſſimam hanc Medicinæ partem negligunt, totamque ad Barbitonſores reijciūt: ac que ab heroibus tam dignum negotium de-poſitum infimis homuncionibus, à Crœſis in-opibus Iris, à Democritis relictum Morichis: ſunt enim in cognitione prorſus Arcades, ingenioque plus quàm piſtillo retuſiores. Ne-fas profectò eſt, rem eiuſmodi difficilem ho-minum tyrannidi, quos rectè Galenus latroni-bus comparauit, committere: ita enim diffi-cile eſt ritè ſuppurantia adhibere, ut Gal. lib. ad Glauconem, c. de abſceſsibus, etiam in iis quæ optimo iure ſuppurantia expoſcunt,

totis

totis uiribus ſuppurationem prohibendam ſuaſerit. Difficultatem rei etiamnũ quidam conſiderantes, non pudore aut fœtore abſterrentur, Chirurgis aſſiſtunt, manum ducunt. At quid in quoq; deſideremus, nõ leue eſt. Primùm circa Quid permittũt aliqui Chirurgos adhibere ſuppurantia (nõ de Chirurgorũ erroribus dicendi ſufficeret annus) in tumoribus, ferat iam id partis natura, uel etiã materiæ qualitas, nécne: quoties diſcutiẽtibus nihil efficiũt, & abſq; omni diſcrimine, ſiue ſint ſuppurãtia tẽperata; calida & humida, uel calori noſtro ſimilia, ſiue ſint emplaſtica, ſiue ſint accidẽtalia, qualia eſſe poſſunt aſtringẽtia, repellẽtia, laxãtia, emolliẽtia, ſuos pulueres, olea, cerata, unguenta, nuce quidẽ caſſa nõ emenda, proprio ingenio apparata depromũt, uarias in uſus morbi cõpoſitiones cõcinnant, quãuis nõ modò affectus naturã & res glutẽ illud cõſtituẽtes ignorẽt, uerùm etiã nomina rerũ: ſatis cumulatè officio factũ temerè putãt, ſi interrogãdo quidnã ea ſint, reſpõdeant, Nos fecimus, hoc eſt Elixir vitæ, Balſamũ uocamus alterũ, ſunt hæc & illa ſecreta quibus ſemineces uarios reuocamus ab orco: uel ſcilicet mittũt ad Patres. Hinc adhibẽtes

ſuppuran-

ppurātia ſcyrrhis, œdematibus ſynceris, in
ancrū exulcerationē malignam et gangræ-
am etiā materiā degenerare faciunt: appli-
ntes item in articulis, ulcera dyſpulotica nō
lùm; uerum etiam articulationum liga-
enta putredinis periculo exponunt, parti-
us itidem exiguis, debilibus, extremis calo-
s ſuffocationem afferunt. Dum adhibent
nplaſtica, ubi eſſent adhibenda ſuppuran-
a primi generis; & econtrà, & uel plus pu-
s generant quàm generandum eſſet, ſinus
uitales ulcerum, non rarò fiſtulas ceu ma-
a faciunt: uel contrà materiam laxando,
mis partem humectando, ubi caloris aug-
ento opus eſſet, ad fluxiones partem diſpo-
nt, herpetes & ulcera ſerpentia efficiunt.
bſeruandum igitur in tumoribus ſangui-
is uel cum ſanguine mixtis, utpotè qui ſoli
ppurari poſſunt, et in partibus robuſtis pro
alitate materiæ, ut modò ſuppurantia pri-
generis, modò emplaſtica. modò acciden-
ia applicent: ſic enim pro uoto curatio ſuc-
let. Quod autem dictis longè deterius eſt,
m exulcerationes malignas effecêre, ita
pus aquoſum albicans ſero lactis ſimi-
manet, exclamitant, tumultuantur, peri-
culum

culum partiſq́ mortificationem, niſi promptè ex ſuis theculis æneis ſecreta adhibeant, minantur: dicunt enim, eſſe genuini ex articulo humoris effluxum, quem uocant Glidvuaſſer: cum tamen in omnibus totius molis corporis articulis nõ tantum ſubſit humoris, quantum una die & nocte ex tali uulnere apoſtematoſo effluit. Qua prudentia uel ruditate occurrũt? Hic papuleũ, ut ipſi uocant, feruefactum affundit, ille pilis capreolarum ex ephipio exemptis ulceris oſculũ obſtruit, donec crudus humor totam cutim perreptãs, neruos putrefaciat, muſculorum thoros exedat, & ſic ſua ignorãtia & negligentia ſphacelum efficiunt; impunè licet à Magiſtratu, tamẽ à Summo nõ dimittentur. Hic ergo Medicorũ requiritur ſolertia & induſtria, alioquin dupliciter peccãt: imperitos illos in ſuis erroribus confirmant, ægroſq́ miſerrimè perire ſinunt, quibus longè aurum ſanitati charius eſt.

SECTIO VIGESIMATERTIA: DE ABSTERGENTIBVS.

SI autem pus perfectum, quale album, leue, æquale, abſq́ fœtore generatum fuerit, eiuſdem abſterſio indicatur. Abſtergentiur

tium autem primò triplicem eſſe naturã noſſe oportet, ῥυπτικῶν, ἐκκαθαρτικῶν, & abluentium. Circa Quid ἐκκαθαρτικῶν, quoties in ulcere uel uulnere ſanioſum aut putridum aliquod uitiũ reperitur, & quò magis à naturali ſtatu recedit, eò uehementius indicatur, ut ſæpè etiam uehementiſsima indicetur; quæ Chirurgi aliqui adulatores aggredi nolunt, ſed in mitioribus paulò ſubſiſtunt, quæ mox à materia ſuperantur, ſimul etiã uirulenta, putrida, erodentia efficiũtur, ſordidiusq́; ulcus euadit. Aliqui tyrãni abſq; commiſeratione uehementiſsimis dolorẽ maximum & fluxiones ad locũ affectum concitant, quod facilè euitarent, ſi loco uehementiorum ſcalpello ſimul & ſemel putridas ulceris partes præſcinderẽt, totumq́; id quod uitioſum eſt extergerẽt, ut poſtmodum noua caro regigni poſſet. At citò ſic nimis curatio abſolueretur: quinimò ut diutius aperta detineantur ulcera, non ſolùm putridam ulceris partem abſtergunt, ſed ſanas etiam partes acrimonia medicamentorum abſumũt, ut ſic ulcus admodum eſſe cacoëthes ægro perſuadeant, in tantũ donec ipſis abundè ſatisfiat, tum demum carnis generationem & conſo-

lidationem tentant. Qui autem integri & ueri Medici ac Chirurgi officio fungi delectatur, diligenter obſeruet, utrum uitio ulceris, an medicamenti uiolentia ſaniei copia prodeat: ſi enim ulceris id accidat uitio, exiccantibus augmento procedat. Hoc loco Practicos etiam diſtrahūt & perturbāt uiri quidam ingenioſiſſimi ac doctiſſimi, à Galeni ſententia de tenui & craſſo ulcerū excremento non infirmis rationibus diſcedentes: tales tamen non ſunt, ut nos ab eâdem quoq; abſtrahant. Propterea cum nō animus ſit Controuerſias medicas conciliare, ſed Practicorū delicta declarare, Galeni ſententiam retinētes, ſemper duo hæc excrementa reperiri ſtatuimus in ulceribus, at modò ex cruditate, modò ex coctione producta: licetq; tenuia in declinatione non ſemper appareant, tamen cum craſſis & confuſa commixta ſunt. Ex qua diſtinctione eorum notatur error, qui quandocunq; ſordes adſunt, abſterſionem indicari arbitrantur, cum tamen pro cauſæ diuerſitate diuerſa indicent. Sic quæ in principio apparēt, quia ex cruditate oriuntur, ſuppurantia & concoquentia indicant: ipſi uerò abſtergentia admouentes ulcus irritant, cruditates

ditates augent. Contrà ſi ex coctione adſint ſordes, per ſe ſui abſterſionem indicant: quod pauci cum hactenus obſeruauerint, referre hic uiſum eſt. Denique ſimiæ quædam cernentes in abſtergentibus internis propter partiũ præſtantiam & robur aſtringẽs quoque miſceri, in externis quoque, ſed ineptè miſcent: ſordes enim fixius adhærere cogunt, partemque rugoſam & calore deſtitutam reddunt: deinceps ergo & ab hoc quoque abſtineant.

SECTIO VIGESIMAQVARTA: DE SARCOTICIS.

VLcere probè ab excremẽtis repurgato, cum deperdita ſit partis ſubſtãtia, σαρκωτικὸν & eiuſdem reparationis indicatio ſequitur. Carnem quidem generare proprium naturæ munus eſt, nec medicamentis caro generari poteſt: poſſunt tamen σάρκωσιν impedientia iiſdem remoueri, de quibus hoc loco. Suprà autem de duplici excremento dictum, quòd ceu generationem puræ carnis prohibens, ſui exinanitionem & abſterſionem indicet: his ſcopis hodie multi Practicorum σάρκωσιν perfici exiſtimãt, at longè præter dictos alius etiamnũ aliaque ſiccitas requiri uidetur. Nam ut ex Hippocrate conſtat, ſiccum ſano

ſimile, quod certè non tantùm eſt priuatio ſanioſæ humiditatis, ſed tale quod carni ſanæ aßimilatur, quod ulcus ſua ſponte citra exiccantiũ adminiculum obtinere nequit: quia cum calor exulceratæ partis ob cutis defectũ facilè euaneſcat, non ualet, ueluti cùm ſana erat, pars munia perficere proſperè: quo fit, ut carnem generet, ſed non æquè ſolidam ac denſam, ac ea eſt, quæ antea in parte erat. nequit enim exiguus calor ad unguem diſcutere quod alimenti ſupereſt: quo fit, ut mollior generetur caro, & hac ratione exiccantibus eget medicamentis, nõ quæ actu tantùm ebibendi ſeu auferendi humiditates illas ſeroſas uim habeãt, ſed quæ inſuper potentia robur, firmitatem, ſoliditatem conſiſtentiæ generatæ carnis addere ualeant, qui uerus & potiſſimus exiccantium uſus eſt in ulceribus. Si enim antiqui Medici ſaltem exiccantia ob ſeroſas humiditates conſuluiſſent, quæ actu exiccant ſatis fuiſſent: nec porrò opus eſſet diuerſos medicamentorum gradus conſtituere, indicatione ſumpta à partis exulceratæ natura, ſed ratio eorum petenda eſſet à maiori & minori copia humiditatũ, quæ non intenſiora aut remißiora exiccantia exoptant, ſed

maiorem

maiorem diligentiã in artifice, id eſt, ut conuenit, frequentem linteis & penicillis deterſionem & repurgationem. At Galenus exiccantium uarietatem ex partium natura exquirit, utpotè quarum carni reparandæ medicamentum ſua exiccandi ui reſpondere debet: hinc alibi dicit, multa eſſe ſarcotica in pueris, quæ in adultis ſint ſolummodò ſuppurantia. Ex quibus uidere eſt, ueram quidem medendi rationem detergendo & exiccando ichores & ſordes perfici, indicante materia ipſa: non tamen ad generationem carnis ſufficere, ſed neceſſariò quoque ſuprà dicta requiri exiccantia, roborantia, aſtringentia. Cum aũt exiccatio multis modis ulceribus conueniat, plurimi Medicorũ in eam deuenêre ſententiam, ulcus quatenus ulcus exiccandum. At unum cum unum tantùm indicet, ulcus autem per ſe ſit ſoluta unitas utplurimùm cum deperditione ſubſtantiæ & cauitate, ratione diuiſionis unionem, ratione deperditæ ſubſtãtiæ reſtaurationem indicat: ſordes autem ſeu ichores in ulcere exiccationem indicant, & propterea Hippocrates ulcera nõ niſi uino humectãda præcepit. Quo præcepto moniti nonnulli adeò aquam abhorrent, ut uix

in detergendis ſordibus ea utantur: cum tamen experientia cōſtet, multa ulcera & uulnera, recentia præſertim, ſolis penicillis aqua imbutis, abſq; omni aliorum auxiliorũ genere curari. Addunt etiam Medici qui hac curatione utuntur, uerba quædã murmurando, ut uulgus hoc fieri credat per incantationem potius, quàm per uim admoti medicamenti. Ideo etiam Chirurgus quidam, nõ reperiens rationem huius remedij apud Medicos, nouã medicaminis ſpeciem è cœlo demiſſam, non rationibus comprobatam, ſed diuina uirtute fulcitam, omninoq; hanc eius efficaciam ſupercœleſtem ſcribere auſus eſt, quoniã aqua tota proprietate diſiectis partibus inimica ſit. At difficile non eſt cauſas huius medicamenti reddere. Cannabinæ enim petiæ frigida imbutæ ratione frigidæ abluunt ſaniem, frigiditate non ſinunt fluxiones ad locum ferri: ſiccitate & raritate materiæ, qua conſtant, humorem excrementitium abſumunt ebibendo. Præterea multam aquam calidam affundit Hippocrates læſionibus articulorũ. Ob unicam itaq; authoris alicuius ſententiã non fugiendus aquæ uſus, ſed pro indicatione quam exequi poteſt, approbandus.

SECTIO

SECTIO VIGESIMAQVINTA:
DE EPVLOTICIS.

CArne ulcere repleto, nihil aliud reſtat quàm cutim regenerare. quæ quia ...*rs ſpermatica eſt, regenerari non poteſt:* ...*aque aliud conſimile, cicatricem uidelicet,* ...*ducimus exiccatione intenſiori & exupe-* ...*ante ſiccitatem carnis. ubi cautè incedendũ* ...*onemus. Chirurgi enim uel citò nimis ad* ...*catricem ulcus peruenire ſinentes, cauitatẽ* ...*r inæqualitatem relinquunt: alij exiccanti-* ...*us nimium aſperis utentes, callum obdu-* ...*unt: alij leuia nimis admouentes, eminen-* ...*m cicatricem producunt, qui ſi exquiſitè* ...*ntemplarentur naturam partis & medica-* ...*enti gradum, elegantem æqualem cicatri-* ...*em efficerent. Plurima quoq; ipſis offerun-* ...*ur ulcera dyſepulotica, quibus, omnibus ſuis* ...*eculis & unguentis in unum collatis, annis* ...*pè multis cicatricem obducere nequeunt,* ...*uia ignorant cauſam & cauſæ remedium:* ...*int autem talia uel ob affluxum humoris* ...*raui, uel ob partis diſpoſitionem prauam,* ...*ua alimentum oblatum non concoquit, ſed* ...*orrumpit, uel ob inſignem intemperiem.* ...*cquid ipſi agunt in ulceribus eiuſmodi? Ae-*

gyptiaco præcipitato, aqua forti, oleo ſulphuris, & eiuſmodi uehementioribus curationē auſpicantur: ubi, ſi à fluxione dependeat ulcus, ſine dubio cauſam augent, non rarò inflammationes, gangrænam parti inducunt: ſi autem ſint indicata à praua diſpoſitione partis, & rectè propterea adhibita, dupliciter tamen adhuc peccant, ab affluxu defenſiuis, quæ ipſi uocant, partem non munientes, aut carnem ſanam à putrida non dignoſcentes, quouſq; exedendo progredi debeant neſciūt, & uel in exceſſu, uel in defectu peccant, ſic nunquam curant: propterea in hiſce caſibus abſq; periti Medici conſilio nihil ſuſcipiendum eſſet. At quid ipſi mouentur? officeret hoc ipſorum crumenæ: ſatius ducunt ægrotantem & corporis & bonorum iacturā pati, quàm aperta ſua & noxia ignorantia lucrum dimittere. Quod etſi in alijs etiam artibus uulgatiſſimum ſit, in hac tamen, quia de corpore & uita agitur, ferendum nequaquam eſſet.

SECTIO VIGESIMASEXTA: DE AGGLVTINANTIBVS.

S*Icuti autem ultima in ulceribus eſt operatio Cicatrizatio, ſic in uulneribus Cōglutinatio*

*glutinatio: quæ cum parum à Cicatrizatio-
ne & Sarcoſi differat, medioq́ ſaltem modo
ncedat, mediocritatem quoq́ in exiccando
bſeruari iubemus.*

ECTIO VIGESIMASEPTIMA: DE ANODYNIS.

OMnibus indicationibus, à morbo & cauſa deſumptis, explicatis, reſtat uni um communiſſimũ ſymptoma, uidelicet dor, qui ſæpè ſub ratione cauſæ indicat: qui m omnibus affectibus ferè communis ſit, e eius indicatione quoq́ aliquid dicendũ. tandem, cum termino omnis curationis oborantia apponantur, uniuerſum hunc actatum eorũ adminiſtratione terminaimus. Dolor, ſi uehemens ſit, non ſolùm per am cauſam contrarium, uidelicet alterãs, t ſi ex ſolutione unitatis, uniẽs indicat, ſed cet ad ablationem cauſæ tolleretur, tamen rium ratione leniens indicat, & anodynũ roprie ſic dictum: ſin remiſſior, remotionem uſæ: ſin uehementiſſimus, narcoticum. ubi externis cauendum, ne ſtuporem ſummũ nſumq́ partis ex toto auferamus: in interis uerò, ne ſomnum inducere intendentes, mnum ita profundum conciliemus, ex quo

patiẽtes amplius excitare nequeamus: quod factum exemplis, ſi non odioſa eſſent, probari poſſet. Et hæc indicat ratione receptionis: ratione uerò iudicij indicat abſtrahens ab imaginatione prioris doloris. hinc uulgi in ore prouerbium uerſatur, Malo nodo malum quærendum eſſe cuneum: Non tamen hoc eodem abutendum, ſed ad cauſam, ſi fieri poteſt, dirigendum, non ut maius malum dolore nouo excitemus, quemadmodum Chirurgus ille affundens olim ulceri cum dolore abſq; omni ratione oleum diapopuleon feruentiſſimũ, quo dolorem longè crudeliorem excitauit, ita ut miſer patiens deſperabũdu Medicum accerſiuerit, cui cauſam facti a Chirurgo exploranti aliud reſponſum nõ de dit, quàm malo malum curandum. At mi ſerrimè curauit uel excruciauit potius patientem. Hæc de Dolore.

SECTIO VIGESIMAOCTAVA DE CORROBORANTIBVS.

NOn ſufficit autẽ in curationibus mo bo, cauſis & ſymptomatibus repugn re medicamẽtis & præſidijs expoſitis, ſed ſe per & magna cum diligentia uires conſe uandæ & corroborandæ, ut morbi pugnæ ſ pere

reſſe ualeant. De Roborantibus ergo iam endum. Vt autem ordine proponere & inligere poſſimus, quid Corroborantia, & omodo adminiſtranda, primùm attendeoportet, indicari ea ab imbecillitate. Cum em imbecillitatis & languoris magna ſit ferentia: ſiquidem alia eſt partis anteum morbo afficiatur, quæ ad morbidam poſitionẽ ſuſcipiendam habilis redditur, ad ὑγιείνης προφυλακτικὴν pertinet: alia reſidua morbo iam ſublato, quæ ad ὑγ. ἀναληπτικὴν ἐπανορθωτικὴν pertinet: alia præte adhuc morbida diſpoſitione, de hac, ute huius loci propria, eiusq́ corroboratiopræſens ſermo eſt. Varia autem ea eſt pro erſitate facultatum: alia eſt animalis, naalis, uitalis: cuilibet facultati inſeruiunt peries, partiũ ſtructura, unitas & ſpiri. Quorum omniũ imbecillitas per cauſam dem ſuam indicat, deprauata uidelicet poſitio reductionem ad naturalem uel m, figuram, connexionẽ, &c. intemperies rationẽ per contrarium, ſpirituũ defectus urationẽ, ſuffocatio uentilationẽ, diſſipa ollectionẽ, etc. quæ omnia indicata ſuprà expoſita ſint, cũ tamen curatio non ſemper

per per cauſas progredi poßit, ſed ſimilibu nonnunquam fieri neceſſe habeat, quomod uera roboratio ab alijs indicationibus diſti cta ſit inſtituẽda, in fine huius Operis exem plo declarabimus. Nunquid calor natiuu ſpiritus & ſanguis, præcipua ſunt facultat inſtrumenta, & partium ipſarum ſubſtan tia, quibus in parte exiſtentibus, facilè, ſi naturali temperamento receßit, ad priſtin reduci poßit? Itaq; omni arte maius erit, i intemperie habituali maximè, omnia dict inſtrumenta medicamẽtis accommodatis a partem euocare: hæc enim ſi habuerit, ſi ſponte facilè, quicquid præter naturam fu rit, expellet, robur ac tonum ſuum natiuu multò promptius acquiret, quàm contrar qualitatibus, ſiue intenſis, ſiue remißis. Ve triculus, iecur, caput, et cætera membra pri cipalia, etiã ſi ſint in habitu refrigerato, m iorem ſuſcipiunt gratiam, maiusq; benefi ex temperatis, ſuæq; naturæ & temperam to ſimilimis, quàm ex cõtrarijs qualitatib imò his maiorem contrahunt impotentia maiusq; ea ſequitur detrimentum, ſicuti lorificis adhibitis contingit, reſoluto pu partium calore, & refrigerantibus extinc

Con

*ntrà harum, ut & aliarum partium plu-
ni affectus ſola ordinaria roborandi me-
ɔdo citra aliud peculiare auxilium curã-
r. Quod ut obſeruatu utiliſſimũ, ita à re-
hẽſione nõ exempti, qui uulgariter ſem-
corroborantibus & ſimilibus curationes
tantes, ſæpe grauium ſymptomatum au-
res exiſtunt. Regia itaq; ut quiſq; uia &
ta methodo incedat, nobilitate ſubiecti,
lo Dei uindice, charitate amore erga pro-
ium, & lege naturæ moueatur.*

EPILOGVS.

*Cum omnia ad propoſitam tractationem
uerſalem neceſſaria abſoluiſſe uideamur,
mo rerum opifici Deo, Omnipotenti Ar-
tro, gratias agimus, eundemq́; ardentiſ-
è inuocamus, ut in laudem & gloriã ſan-
imæ Trinitatis, utilitatem & releuatio-
omnium ægrotantium, atq; conſumma-
em huius inclytæ facultatis, & hoc ſcri-
n & deinceps omnes noſtras cogitatio-
mentem & calamum benignè dirigere
etur. Philoſophos & Medicos omnes
m atq; etiam rogo, ut nullius gloriæ aut
diæ ſtimulo, aut calumniandi ſtudio, ſed
ueritatis*

ueritatis illuſtrandæ gratia, quicquid in h[...] ſcripto contra rectam rationem offenderin[...] candido, ſyncero atq; amico animo apertè [...] lucem ædant. Ego ſi meliora uidero, grato [...] tiam animo libentiſsimè cedam. Sin qu[...] falſi & ex affectu potius contentionis & [...] uidiæ protulerint, ſatis iam hoc ipſum mei [...] ſcriptum eruditis defenſum uidebitur.

FINIS.

ELENCHVS SECTIONV[M]

LIBRI PRIMI.

Sect.I. De Methodo medendi. P[...]
II. De cibo.
III. De potu, & reliquis rebus non naturalibu[s]

LIBRI SECVNDI.

I. De Chirurgico præſidio.
II. De uenæ ſectione & Arteriotomia.
III. De cucurbitulis ſcarificatis.
IIII. De hirudinibus, frictionibus, ligaturis, cu[cur]bitulis non ſcarificatis.
V. De fonticulis, ueſicatorijs.

LIBRI TERTII.

I. De Pharmaceutico præſidio.
II. De diſtributione Pharmaceutici præſidij

I. De alterantibus, attenuatibus, incraſſantibus, detergentibus, aperientibus 54
II. De purgantibus. 60
De ſuppoſitorijs, clyſterijs. 69
De uomitorijs. 75
I. De Diureticis. 76
II. De ſudoriferis in genere. 78
De balneis. 82
De uacuantibus per ſputum. 84
De uacuantibus per uterum. 88
I. De aſtringentibus. 89
II. De remedijs morborũ Compoſitionis malæ & Solutæ unitatis. 91
III. De topicis uacuantibus in genere. 92
De Caputpurgijs. 95
I. De Bechicis. 95
II. De emollientibus. 97
III. De aperientibus. 99
X. De attrahentibus. 100
De repellentibus. 101
I. De diſcutientibus. 105
II. De ſuppurantibus. 109
III. De abſtergentibus. 112
IIII. De Sarcoticis. 115
V. De Epuloticis. 119
VI. De agglutinantibus. 120
VII. De Anodynis. 121
VIII. De corroborantibus. 12[illegible]

F I N I S.

Semiotice
seu
Ratio dignoscendarum
sedium male affectarum
et affectuum praeter
naturam
Lausanna
apud Johannem Chiquell
1587
et
Lugduni
Apud Chouettum
1596 8